



Santa Cruz  
212

UVA BHSC-1yR-212

epatis & splenis. & mutatio in putredinem & corruptionem fit. gñatur q̄ in diuturna febr̄. Et certe mixtionē dulcedinis ꝑposita ex pasta melle et oleo siue fixa in oleo s̄t zupuli et similia huiusmodi s̄t. **Q**ui autē dulcoris naturaliter s̄t heci sicut mel apum. h̄t. n. uirtutē ocula ab aialibz illis genantibz sibi p̄sita. vñ & lauata mūdificam. & grosse & uulso le humiditas fit colata. ꝑdoq; sicut res uentris ꝑparas ad expellendas feces ab inferioribz uenerit. & uelociter ad penetrandos cibos i cetera mēbra corporis. adiuuat expulsuam uirtutem in expellendis feabz illis. sicutq; causa fortis ad solutaonē uet̄. Si autē uirtutē uentris ꝑparā ad cedendos cibos mēbris uenerit. & bellē ad expellendas feces ab inferioribz suis. acuminē sui ora uenarū apit ꝑforans usq; ad album & adiuuat penetrare ip̄m. desiccansq; humiditates fecū & ꝑhibens eis delēsum. vñ fit causa ad ostipationem uentris. **Q**uel ergo dūctas h̄t i hoibz actioes sicut supra dictū. qz i q̄zdam est solutū & sanitatis cultoditū. quibzdam uō stupaci. & morboz gñatiui. **De unctiuoso sapore.**

**Q**ui autē ciboz sunt unctiuosi sicut amigdale & silia. ꝑpim h̄nt ut sup̄ abū ꝑus inatent sicut oleum. **C**onmixti uō cū cibis uirtutē ebullitionis igrossant eos ꝑtrahentes ad dirigendū. cūq; cibi digi inapiant & uillos s̄oi sua unctiuositate amigdale emollescat cibos lubricant & uelociter eliminat. **S**icut cū cibi illi ad uenas deueniant eas inflant & incalescūt ꝑhibentes desiderū ne quid appetat. **De cibis salis.**

**Q**ui autē salis uirtutē salis. h̄nt parua penetrandi ad uenas & incisina i testuoz ꝑpelleres ut q̄ omnet expellat uelociter unde & ḡ

Cibana inq̄t dulcia & metosa ꝑpetates habent istas paruarate penetrandi ad uenas & uelocitate exundi ab intestinis. **S**icut tū intrea ad hoc agendū duabz de causis sunt fortiora. ul̄ ex salitudine sua. & incisione in testina mordentibz ad expellendū uelocitas. uel qz horribilitas saporis & immunitas suscipiens corpus ꝑulsiua sibi uim attribuit. vñ ex multitudine sua in testinis remanent grauitata & ut cito expellant cogētia s̄ cibi dulces nō idē sunt facientes. **Q**uia enim ex delectatione sua eos sibi plurimū attrahit. & in testinis remanet in paz vñ leuiterunt. neq; uelociter expellunt. vñ & ḡ. dulcedo inq̄t paruas feces facit salitudine uō multas. **I**ntendit qz de salitudine sua multa fex coadunatur in testinis cum paz in penetret uenas ad nutrienda mēbra corporis. **C**iba amari uidentur s̄t & silia i omibz actionibz suis. s̄ tū mūitō ex ꝑociatate sua s̄t nociua. **De**

**A**cuta necesse. **amaro & acuto sicut uis i calura sicut pore.** & laxata. vñ & ḡ. que inq̄t cibana acuta sunt & intrea uirtutibz suis s̄t incisina & laxatiua facientia uentrem. s̄. cū impetu suo. nō s̄ uolūtate soluentia. ꝑdoq; corporibz nō sedm̄ abū tū s̄ sedm̄ medicina opantur. **A**cuta tū naturaliter quia intrea sunt fortiora. **De acetoso sapore.**

**A**ccetosi cibi uirtutibz suis sunt incisina s̄t calefactione sua. tam actio sua est binaria. **S**i em̄ i test̄ in testinis humiditate grossam acetositas ciboz uenerit incidit eam & deponit. **S**i uō uentrem siccum. humiditacq; reperit ꝑampati desiccet feces & ostipat uentrem nō dissoluet cū hec actio sua s̄t naturaliter hec autē facit cū acetositas sua s̄t

omne p. n. ex errore intellectus  
 proferunt  
 electio voluntatis  
 qd explicat. sus merbis factis. faciendo, nisi in  
 animi imperia ut aliquid faciendi voluntas  
 nihil cogitaret si non in re  
 in 12. q. 7. 6. ar. 2.

Voluntas nat. vs. vol-  
 untas mor  
 Nihil poterit nos Inanis ad malu. trahere  
 Si cōsultis sacris scripturis actio. et omissio  
 nras. direxerunt. calet. in mat. c. 9.  
 nō insolopane.

necessitas cōsequētie illae qua necessario  
 cūmque dicitur. nonque sua re. necess. sūt.  
 sed necess. sequuntur propter precedentes arg.  
 ut oportebat dpm pag. ex eod. colo  
 fol. 100. de sac. penit.

melius est mereri quod nō habes qd  
 id hūc quod non mereris  
 l. 7. q. 2. ar. 2. de in. et iur.  
 f. Cagella. in coad. l. 9. 6. ar. 8.

+

Es el 20 del num<sup>o</sup> 28

<b>BIBLIOTECA</b>	
DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.	
Estante n.º	119
Tabla	4
Núm.	6894

Joan. abonoria. ~~de eterna pre. destinatione de j.~~

# DE ÆTERNA DEI

## PRÆDESTINATIONE ET REPRO-

batione sententia Don Ioannis à Bono-  
nia, sacre Theologiæ professoris.

ADSIT DOMINVS CAVSÆ SVÆ.

CAROLVS.

MAXIMVS.



*Quædam hic obiter tractan  
necessaria, quæ verso folio*

*tur, nostro seculo apprimè  
conspicere licebit.*

*Ex officina Anthony Maria Bergagne, Typog. Iur. Cum Priuilegio  
Ces. Ma. Louany. Anno. M. D. LIII.*

*Es. Adel. de la Compagnie de S. Ambroise de Valled  
de la Trinitat. IyR. 212*

# PRIVILEGIUM.

**C**æsareæ Maiestatis priuilegio concessum est Antonio Maria Bergagne Typographo Iurato Vniuersitatis Louaniensis, vt ipse solus excudat, distribuât, vendat hunc librum inscriptum De æterna Dei Prædestinatione & Reprobatione, Don Ioannis a Bononia sacre Theologiæ professoris. Interdictumque alijs omnibus, ne quis proximis hijs tribus annis præsumat hunc, hic aut alibi excusum, imprimere, vendere aut distribuere, sub mulcta contenta in literis patentibus super hoc libro expeditis, Bruellæ Anno Domini M. D. LIII. Mensis Augusti die. xvij.

Signat. L. de Zoëte.

Es de la Biblioteca  
de la Real Uni-  
versidad de Va-  
lladolid.

MATERIÆ TVM NOSTRO  
 SECVLO, TVM AD PLENAM  
*Prædestinationis & Reprobationis  
 intelligentiam, necessariò  
 requisita.*

<b>D</b> E æterna Dei Prædestinatione & Reprobatione.	Fol. 4
De Certitudine gratiæ ex fide.	Fol. 36
De Operibus nostris.	Fol. 46
De Libero hominis arbitrio.	Fol. 58
De Iustificatione impij.	Fol. 82
De Duplici Dei scientia.	Fol. 165
De Gratia iustificante & inherente.	Fol. 178
De Necesitate fidei Christi explicita ad salutem.	Fol. 186
De Peccato originali.	Fol. 268

ij

CAROLO, MA-  
XIMO, ROMANORVM IMPE-  
ratori, semper Augusto, atq; Hispani-  
arum Regi, Ioannes à Bononia  
victoriam.



**S**EMPER mihi omni laude ma-  
ius visum est eorum hominum insti-  
tutum, ter maxime Caesar, qui raz-  
tiones suas omnes, omnia consilia, om-  
nes denique actiones eò conferunt, vt  
quæ in Christiana nostra religione,  
sive obscura, sive cotrouersa sunt, ita ad communem om-  
nium vtilitatem oratione aperiant, vt & ignaros in-  
struant veris opinionibus, præmuniantque aduersus er-  
rores, & errantes detecta fraude coarguât, atque in vi-  
am veritatis tandem reducât, vt omnes, in suo quisque  
genere, iusta legitimaque industria consulant communi-  
bus bonis. Nihil profectò pulchrius, nihil præclarius,  
nihil ad veram laudem ac gloriã aptius esse potest, quã  
in Religione (præstantissimo, maximeque necessario  
bono) quàm plurimis prodesse. Factumque ideo est, dũ  
subinde hanc cogitationem mecum reputo attentius, vt  
(quãuis perpusillas vires meas profundissimæ huius  
quæstionis ponderi longè esse impares non ignorarem)  
auderem tamè difficilimam de æterna Dei prædestina-  
tione materiam mihi explicãdam sumere, eamque, quã-  
ta fieri potuit perspiciuitate, breui hoc libello tra-  
ctatam minimè verèrer, omnium amicorum horta-  
tu, in lucem emittere, videlicet vt intelligant om-  
nes, me



## EPISTOLA

nes, me quoque in re omnium honestissima pulcherrimâque voluisse nonnihil ad veræ pietatis profectum conari. Ceterum hoc quicquid est operis (in quo certè omnes ingenij, industriæ, ac fidei meæ neruos intēdi) sub tuo fœlicissimo nomine, victoriosissime Imperator, vt appareret, duæ me potissimū causæ impulere, necessitatis altera, altera verò honestatis. Cùm enim doctrina prædestinationis nullo modo exactè tractari queat, nisi simul agatur de præscientia diuina, de gratia, de libero arbitrio, de operibus, de iustificatiōe impij, de certitudine prædestinationis & gratiæ, de peccato originali, atque de baptismo paruulorum, conatus sum in hoc opusculo, quo propositæ mihi de prædestinationi quæstioni plenè satisfacere, & illas etiam controuersias, sine quibus propter summam inter omnes affinitatem hæc intelligi non poterant, breuiter perstringere. In confesso autem apud omnes est, nullas propè in vniuersa Theologia esse quæstiones, vel propter scripturarum inter se in speciem pugnantium hinc indè multitudinem, vel propter occultissimorū hac in parte iudiciorum Dei inscrutabilem Maiestatē, vel propter dissentientium inter se omnium propè scriptorum opiniones maioribus difficultatibus inuolutas: nullasque prorsus esse, quarum vel recta, sinceraq; cognitio magis illustrare gloriam diuinam, ac vberior em Ecclesiæ utilitatem adferre, vel falsa erransque persuasio magis Dei bonitatem obscurare, mortaliumque mentes in maiora mala præcipitare queat. Hæc igitur primaria cùm sint religionis Christianæ capita, a me infirmis quidem ingenij viribus, sed non dicendis laboribus excussa, examinata ac non penitus (vt arbitror) infœliciter declarata, patronum quoque necessariò postularunt, præcipuum Religionis nostræ vita, exemplo, ac fortitudine principē.

¶ ij

Etenim

## E P I S T O L A

Etenim & rerum ipsarum, quæ hoc opusculo tractantur, dignitas, non facile inferiorem aliquem (cuius tutelæ committerentur) admitteret: Ideo ego mihi non potui aduersus exacta quidem & elaborata, sed nimis sæpe superba, & ad calumniandum plus æquo propensa huius ætatis iudicia, alia ratione melius consulere, quam si has meas lucubrationes eius Principis auctoritate munirem, qui, si semel eas in fidem recepisset, nominis sui maiestate & debeat, & possit omnium aduersariorum, non solum ora comprimere, verum etiam voluntatem immutare. Vt autem earum defensionem, inuictissime Cæsar, honestè, iusteque, suscipere queas, dedi operam, vt ea præstarem, quæ quemuis scriptorem non modò venia, sed fauore quoque atque beneuolentia lectorum dignum meritò efficere valeant. Primum enim eo ista à me sunt scripta animo, vt nihil aliud, quam publicam Ecclesiæ vtilitatem spectauerim: deinde conatus sum, vt tametsi in explicanda hac controversia, in nullius scriptoris auctoritatem iurarem, nihil tamen adferrem, quod vel minimam alicui præbere posset patrum orthodoxæ, atque a Conciliorum, summorumque Pontificum decretis discrepantis opinionis suspicionem. Præterea non diligentiam duntaxat ac religionem in hac disputatione maximam adhibui, verum etiam (perlectis omnibus, quotquot à nascentis propè Ecclesiæ primordijs de Prædestinatione & Reprobatione scriptis extant) dedi operam, nè quisquam destitutum me necessarijs ad prouinciam hanc rite administrandam adiumentis, meritò calumniatur. Quæ omnia ita sese habere, quicumque non obtrectandi studio nostra legent, facile deprehendent, & tua quoque Maiestas non ægrè deprehenderet, si ei per suas grauissimas occupationes aliquot horas illis inspiciendis impendere esset integrum.

Quantum

## EPISTOLA

Quantum autem hac mea diligentia præstiterim, quantum lucis in hac difficilima, & obscurissima materia attulerim, non meum est, sed lectorum pronuciare: mihi satis est, ea me præstitisse, propter quæ, neque quòd ediderim, quicquid hoc est opusculi: neque quòd ipsum nõ inferiori alicui Principi, sed Carolo Maximo, sumoq; Cesari consecrauerim, meritò mihi quisquam vitio queat vertere. Atque fretus sola tum voluntatis, tum fidei, ac industriæ meæ cõscientia, nihil addubito Maxime Imperator, quin libentissimo sis animo passurus, has meas vigilias nomine tuo ornatas prodire in publicum: quoniam omnibus tuis actionibus, ex quo ad Reipublicæ gubernacula et admotus, iudicare te semper ostendisti, nõ in hoc tantùm a Deo Optimo Maximo tam latas ac florentes ditiones tuæ Maiestati concessas esse, vt a finibus earum omnes hostium impetus, ac omnem iniuriam propulses: vt subditi tui omni metu liberi, summa tranquillitate, tuo beneficio, fruantur: vt apud illos concordia, iustitia, castitas, ac reliquæ virtutes vigeant: sed potissimũ vt acceptã per manus a maioribus veri Dei religionem, in omnibus tuis regnis, integram, inuiolatam, ac nullis erroribus contaminatam conserues. Tu solus ex omnibus retrò, ni fallor, Principibus, excepto Theodosio Augusto, quem vnicum nominare possum huius tuæ laudis socium: tu (inquam) solus cùm annis superioribus, sepositis ferè omnibus alijs cogitationibus, in hanc curam, primũ quidẽ sub Paulo tertio, mox sub Iulio huius nominis quoq; tertio, Pontificibus maximis incūberes, vt ea quæ videmus tam latè serpentina Ecclesiæ vlcera, vniuersalis Synodi auctoritate sanarentur, re ipsa declarabas, tenihilo minùs semper fuisse sollicitum, vt incolumem Ecclesiarum statum, quàm vt imperium firmum posteris tuis

¶ iiij                    relinquas:

## EPISTOLA

relinquo: quibus & alijs quamplurimis gestis tuis, iure  
 optimo Maximus appellaris. Quae, cum ita sint, certus  
 sum omnino, te eadem benignitate hunc meum in materia  
 Religionis libellum, in fidem & cliētēlam tuam susceptu-  
 rū, qua cōfugiētes ad clementiam tuā Principes ac Reges  
 ditionibus suis iniuste exutos, defendere semper ac iuua-  
 re consueuisti. Ego verò tanti Principis praesidio muni-  
 tus, ab omnibus quantumuis iniquis lectoribus impetra-  
 turum me confido, vt studium meum (quo quidem pro vi-  
 ribus religioni prodesse enixus sum) approbēt, vt me tan-  
 quam catholicum amplectantur, vt non solum bene dicta  
 non calumniētur, verum etiam ambigua in sanio-rem par-  
 tem accipient. Hisce porrò contentus, nullo modo postu-  
 lo id, quod esset iniquissimum postulare, vt non liberè  
 de tota mea sententia pronuncient, cum ipse mihi hanc  
 sumpserim libertatem, vt audeam aduersus eos disputa-  
 re, a quibus & ingenio & doctrina, & vitæ sanctimonia  
 me longo interuallo superari sentio. Imò si sentētiam me-  
 am ab eruditis, & hoc modo animatis lectoribus repudi-  
 ari videbo, & habiturus sum illis hac in parte gratiam,  
 & multò facilius ad cognitionem veritatis, vbicunque ip-  
 sam non fuero assequutus, perduci potero. Secunda causa  
 inuictissime Cæsar, cur tibi labores hos meos nuncupan-  
 dos censuerim, ex illo omnibus propè animantibus insito  
 naturali affectu proficiscitur, qui suapte sponte vnum-  
 quemque sollicitat, vt pro sua virili parte gratiam referre  
 studeat ijs omnibus, qui sunt bene de ipso meriti. Sūt qui-  
 dem tua beneficia, munificentissime Imperator (cum sis  
 in excelsissimo rerum humanorum fastigio collocatus) ez-  
 iusmodi, vt gratiam neque desiderent, neque etiam respi-  
 ciant. Verum nulla sunt adeo eximia beneficia, ne diuina  
 quidem, quae accipientem absoluant, quò minùs aliquo  
munusculo,

## EPISTOLA

*munusculo, quale ipse præbere potest, pietatem atque gratitudinem in authorem beneficiorum testificetur. Quinimo tantum abest, ut tam DEVS ipse quam hi, quos præcipuos in terris diuinæ bonitatis imitatores agnoscimus, hoc est boni Principes huiusmodi munuscula aspernentur, ut ea potius à nobis exigant, & gratissima sibi perpetuò fore profiteantur. Cum igitur (ut reliqua præteream) Maiestatis tuæ munificentia fuerim hætenus in literarum studijs liberalissimè sustentatus, cumque tibi proximè DEVM, quoscumque in literis feci progressus, acceptos ferre debeam, ratio profectò honestatis postulare videtur, ut animi mei gratitudinem aliquo tibi argumento significem, ut hos qualescumque ingenij mei fœtus tibi tanquam proprios offeram, quos ut edere possem, tua est liberalitate perfectum, ut si est ab industria mea vlla utilitas ad alios aliquando peruentura, omnes eam utilitatem ad tuam Maiestatem, tanquam ad studiorum meorum authorem & altricem, referendam esse intelligant. Accipe igitur ter Maxime Cæsar, qua soles humanitate, tenues hos diligentie atque industriæ meæ fructus, voluissem quidem eos fuisse multò vberiores, & maiori copia, elegantia, doctrina elaboratos atque exornatos: sed nihil est opus excusare eorum tenuitatem, cum nihil tibi possit vel à summis, nedum à nobis offerri, in quo tu non potius animum, pietatemque efferentis, quam rei oblatae magnitudinem inspiciendam esse ducas. Dominus IESVS sacram tuam Maiestatem, Christianissime Imperator, & regnis*

EPISTOLA.

regnis tuis, totiſque Reipublicæ Chriſtiane quàm  
diutiſſimè ſeruet incolumem: L O V A:  
NII in die cinerum, Anno Domi:  
ni. M. D. LIIII.



TYPOGRAPHVS AD IN-  
GENIOSVM LE-  
CTOREM.

**H**Abes hîc, ingeniose lector, libellũ De  
æterna Dei Prædestinatione & Re-  
probatione, in quo eximius Dominus  
Don Ioannes à Bononia Archidiaconus  
Pâhormitanus, & sacræ Theologiæ pro-  
fessor, suam sententiam sic diuinis potif-  
simũ eloquijs, Patrum autoritatibus  
& rationibus validissimis consonam o-  
stendit: vt non minori admiratione,  
quàm lectione sit digna: hæc enim senten-  
tia hominum mentes solatur, Diuinam  
gratiam atque iustitiam commendat, libe-  
rum hominis seruat arbitrium. Eam  
igitur quæso boni consulas. Vale:

LOVANIÏ Calendis

Februarij An. M.

D. LIII.

TYPOGRAPHVS AD IN-  
GENIOSVM RE-  
CTORVM

Hic Absolutio ingenio lector, libellus de  
republica Dei Praedestinatio & Re-  
probatio, in quo eximus Dominus  
Don Ioannes a Honora Archidiaconus  
Pithonanus & sacre Theologie pro-  
fessor, suam sententiam de diuina pro-  
prietate eloquitur, Patrum auctoritatibus  
& rationibus validissimis confirmari o-  
stendit: et non minus admirabilem  
quam lectione sic digna sic eruditissime  
et profundissime tractat, Dignum  
ergo ad hoc iustitiam commendat, libe-  
rum hominum suam salutem. Eam  
ignotumque boni consilii Vale.

IOVANNI CALDEA

Februario Anno

D. M. LIII.



# EXORDIVM

NON MINVS VTILE QVAM  
NECESSARIVM, QVO, AD VITANDAS

*Sophisticae caullationis argutias, & ad nuda veritatis cognitionem amplectendam, insti-  
tuitur humana mens.*



IV mihi multumque cogitanti, Christiane lector, quænam sit causa, cur, quum simplex sit, atque vnius modi Euangelica veritas, inueniantur tamen, qui de prædestinatione atque reprobatione (rebus in Theologia arduis, & quas summa conueniebat concordia tractari ab omnibus) non diuersa modo, verum etiam contraria decernant: visum tandem est, non aliunde id accidere, quam quòd relictæ generali norma, totius nempe scripturæ confideratione, singula ex sese seorsum sibi iudicanda proponant. Nos verò, dum in earundem rerum inuestigatione non ad vnicum tantum scripturæ testimoniũ respicimus, sed per omnia in vniuersum loca, quæ eò pertinent, oculos circumferimus, aliquid videmur nobis reperisse, quod aliquanto tutius, & minori cum periculo (quod

A

lo (quod

PROLOGVS

lo (quod profectò sine arrogancia, atque cuius  
 quam præiudicio dictum existimes velim) quã  
 quicquid hactenus alij proposuerunt, ample  
 ctaris, sequarisque. Verum rogatos in pri  
 mis velim lectores, vt quod in Enchiridio ad  
 moneo nostro, secum considerent, non esse  
 (vt quibusdam falsò videtur) argutam hanc  
 vel spinosam tractationem, quæ absque fru  
 ctu ingenia fatiget, sed disputationem solidam,  
 et ad pietatis vsum maximè accommodatam:  
 nempe quæ & fidem probè ædificet, & nos  
 ad humilitatem, & bonam spem in CHRIS  
 T O erudiat, & in admirationem tradu  
 cat immensæ erga nos Dei bonitatis, & ad hanc  
 celebrandam excitet. Quam ob causam scri  
 psit SAPIENS, Scrutamini scripturas, &  
 aperietur vobis sensus. ET REGIVS  
 PROPHE TA canit, declaratio sermo  
 num tuorum illuminat, & intellectum dat  
 paruulis. Verum scio de æterna Dei præ  
 destinatione hactenus verbum quidem vnum  
 vix fieri potuisse, quin mox prauæ, mul  
 tæ, absurdæque mentibus opiniones obre  
 pserint: atque propterea excogitauimus hunc  
 dicendi modum, diuinæ gratiæ, vt spera  
 mus,

Sapiens

Reg. Pro.

mus, & hominum salutis accommodatissimum: nam nulla ædificandæ salutis aptior est ratio, quàm dum audimus electionem illam, **QVAM SPIRITVS SANCTVS IN CORDIBVS NOSTRIS OBSIGNAT**, præcipuè in æterno Dei beneplacito consistere: ita vt nullis mundi procellis, nullis Satanæ insultibus, nulli carnis vacillationi futura sit obnoxia, nisi voluntariè gratia Dei Optimi Maximi negligatur: creauit enim nos omnes Deus ad gloriam, ac paratus est ab omnibus, nos (si modò velimus) defendere hostibus: ideo nos orare docuit, **Ne nos finas in tentationem labi.** Cæterùm, quàmuis non dubitem, quin paucissimis aut nullis potius prima statim fronte probata fuerit nostra super his rebus sententia (non enim fieri poterit, vt vnica contraria lectione vel auscultatione statim deleatur inueterata opinio, & frequenter repetitis disputationibus iam planè confirmatus habitus): habet tamen animum meum spes bona, non defuturos, qui, postquam iterum tertioque diligenter candidis animis omnia ponderarint,

A .ij. pedibus,

PROLOGVS

Obserua

pedibus , quod dicitur , in nostram sententiam sint ituri . Et quia nihil tam officit iudiciorum æquitati , quàm iurasse in sententiam Magistri cuiuspiam , & propositi nimis pertinaciter tenax animus: cupimus hoc in primis ab omnibus impetratum , vt candidè atque incorruptè nostra legant, expendantque: æstimantes non tam quid alicuius sententiæ videatur aduersari , quàm quid ratio ipsa, & apertissima sacræ scripturæ testimonia postulent, quidque maxime conducat animarum saluti , in memoriam reuocantes Apostolorum sententiam, **NVM IUSTVM SIT IN CONSPECTV DEI VOS POTIVS AVDIRE, QVAM DEVM: IUDICATE.** Quod quidem si impetrabimus , non lectores solùm faciliùs veritati assentientur , sed nos etiam , quod volumus , videbimur plane consecuti . Nam cùm hystriones omnes nervos contendere soleant, vt actioni fabulæ, quam in scenam adferunt , ab omnibus spectatoribus applaudatur: nobis quidem certe, qui non commenta Poëtarum, sed Dei Optimi Maximi mysteria tractamus, opera sedulo danda

Actuū, 4

dulò danda est, vt qui sunt ea perlecturi, non approbare modò, verùm etiam admirari atque suspicere videantur. Sed ad institutum veniamus, in quo quidem digestimus omnia hoc ordine: PRIMVM, quemadmodum magni Principis, magnarumque rerum effigies in sigillo etiam per exiguo incisa continetur, sic de diuina Dei & incomprehensibili voluntate, quo pacto ipse omnes homines vult saluos fieri, paucis aptisque verbis, vt omnes intelligant, sententiam proponimus nostram:

Diuisio  
operis.

EA MQVE MOX concisis Enthymematibus, quemadmodum compendiose scribentem decet, stabilimus.

DEINDE quorundam opiniones, suis quoque rationibus confirmatas cum responsionibus secundum scripturæ sacræ germanum sensum, annectimus.

POSTEA occurrimus eorum, quorum sententias tractauimus, obiectionibus.

TVM FRIVOLAS oscitantium caligantiumque quorundam rationes tollimus, discurrentes sedulò per cuiusuis generis hominum flagitia.

A .iij. Postremò

PROLOGVS

POSTREMO sequuntur aliquot argu-  
menta, quæ plus cæteris visa sunt difficultatis  
habere, eaque pro nostra mediocritate, in  
Dei Optimi Maximi gloriam,  
& gratiam Christianile-  
ctoris, diluimus.

Autho-

Disso  
opere

A. iii. Postremo

## AVTHORIS SENTENTIA,

EIVSQVE CONFIRMATIO, QVA GRA

*tia Christi commendatur: liberum servatur arbitrium:**iustitia Dei suum habet locum: & mens**reficitur humana.*

A procul dubio debet esse sacrarū literarū apud omnes veritatis amatores authoritas, vt quidquid ab illis de Deo, vel alijs quibuscūq; de rebus proditū fuerit, id protinus a pijs oībus sine vlla hēsitatione tanquā certissimū recipiatur, siue cōueniat cū anticipatis nostris notionibus, quas de rebus illis, anteq̄ nobis à Spiritu sancto reuelarentur, habebamus: siue ab iisdē notionibus, bis (quod aiūt) per omnia dissideat. Nā nulla est in animis nostris altiūs impressa notio, nullū sua luce magis perspicuū axioma, q̄ id quod affirmat, iudicia diuina perpetuò humanis esse anteponenda, nihilq; omnino vel diuinis oraculis, vel ijs q̄ credūtur esse diuina, vel (quod nobis christianis idem est) his, q̄ ab ecclesia catholica facta sunt, haberi debere certius. Sūmūq; prorsus esse nefas, Deo nobis aliquid dicenti, ac ecclesie colūne veritatis interpretati et proponenti, protinus nō assentiri, quāuis vel ipsi Deo, vel illis ipsis diuinis oraculis assētiri sine ipsius Dei pe-

Tres stat  
tus nēpe  
naturę, le  
gis et gra  
tię hic no  
tatur.

A .iiij. culiari

AVTHORIS

culiari auxilio nemo possit. Et meritò profecto Deo nō credere impium esse sentimus: nā si viri alicuius in veritate inquirenda et patefacienda excellens ingeniū, tantū apud eruditos homines, qui doctrinā eius sequebātur, valuit, vt nullā frequēter dogmatū eius causam inuenientes, cōtenti essent sola dicentis auctoritate: si id ipsum à nobis non impetrant summi Dei, hoc est, ipsius veritatis testimonia, non iniuria temerarij, dementes, atq; impij iudicari debemus. Atq; hæc quidem ita se habere nemo dubitat. E diuersò tamen, sicuti impiū censeri debet, nos iudicia nostra nō subijcere auctoritati diuinæ, eiusq; vniuersali Ecclesiæ, atq; intellētū nostrū nolle captiuare in obsequiū fidei: ita rursus, mea sententia, stultū esse videtur, nulla nos ad id cogente, vel sacrarū literarū, vel cōciliorū (q̄ eodem Dei spiritu, quo sacræ literæ ea q̄ credenda sunt, proponūt) necessitate, dogmata de Deo, deq; diuinis rebus passī stabilire velle, quæ suapte natura, absurda, ridicula, et inepta, quæq; infitis nobis ab ortu nostro opiniōibus, vel potius relictis adhuc in natura nostra veritatis vestigijs repugnare videātur. Existimo sanè id nō stultū dūtaxat, verū etiā cū aliqua impietate esse con-



esse coniunctum: partim, quia nimis obscuratā in nobis omnem percipiendæ veritatis facultatem hoc modo arbitramur, cū tamen ipsa scriptura tradat, per ea quæ facta sunt, ad inuisibilia Dei, atque ad æternam Dei virtutem ac diuinitatem, ingenium humanum penetrasse: partim, quia plura à communi hominum iudicio abhorrentia passim coaceruantes, mysteria nostra infidelibus deridenda proponimus, & eos à fide nostra suscipienda magis deterremus. Quòd si huiusmodi quispiã error in aliqua religionis nostræ parte a quibusdã admissus est, is certe admissus est in hac, de qua disputare instituimus, materia prædestinationis: in qua nō solū non cogente nos scriptura, aut Ecclesia, verumetiam contrariã partem, vt probabimus, magis confirmante, viri graues, propter aliqua loca, quæ nō magno negotio solui possunt, dogmata nobis reliquerūt, tum aduersus insitas nobis de bonitate diuina opiniones, tum etiam aduersus toties prædicatam in scripturis domini misericordiã, ex diametro prope pugnantia. Nos autem, quantum in nobis est, hunc errorē in omnibus alijs religionis nostrę cōtrouersijs vitare studetes, in hac sanè doctrina

doctrina diuinæ prædestinationis clementiorē quandam et sacris eloquijs et humanæ rationi magis consentaneam sententiam afferemus, cū ea neq; authoritati, sicuti diximus, scripturæ, neq; Ecclesię definitionibus aduersetur, neq; testimonio quoque grauissimorum patrum, vt demonstrabimus, destituatur: sed potiùs ab his omnibus quàm maximè confirmetur.

Arbitramur igitur Deum Optimum Maximum, cū vniversam hanc naturę molem, omnia complexu suo continentem, & in eius meditullio hominem ipsum, cuius eam vsibus destinabat, condere ab æterno decreuisset:

ARBITRAMUR, IN QVAM,  
 DEVM PRIMVM HOMINEM,  
 ET OMNES EIVS POSTE  
 ROS, AD ÆTERNÆ FOELICI  
 TATIS PARTICIPATIONEM  
 CREARE STATVISSE. CRE  
 DIMVSQVE FVISSE PARA  
 TVM OMNIA TVM NATV  
 RÆ, TVM GRATIÆ AD BEA  
 TITVDINIS ILLIVS CONSE  
 CVTIONEM NECESSARIA  
 ADIVMENTA OMNIBVS HO  
 minibus

MINIBVS LARGIRI. ATQVE  
 IMPEDIMENTA, QVÆ FACE  
 RE POSSENT, QVO MINVS  
 EA POTIRENTVR, E MEDIO  
 TOLLERE. IPSAQVE NVLLVM  
 PENITVS HOMINEM, NON  
 ANIMADVER SIS PRIVS EIVS  
 MERITIS, A BEATORVM CON  
 SORTIO EXCLVDERE, AT  
 QVE ÆTERNIS CRVCIATI  
 BVS ADDICI VOLVISSE.

Scribunt Philosophi prope omnes, quicūque paulò propiùs ad veritatem accessère: dictat in cordibus nostris scripta atque impressa lex: docet etiã ipsa ratio, Deū sola sua bonitate adductum, vt illam ipsam bonitatem, quantum singulorū natura patitur, alijs cōmunicaret: atque omnia, quantum in ipso est, ad propriam perfectionem, siue ad excellentissimum cuiusq; naturæ gradum, perpetuò perduceret. Scriptura verò sacra misericordiã Domini super omnia eius opera extollit: prædicat eum in ipsa etiam ira, misericordię meminisse: postremò, quodã in loco de quibusdam agens, quos propter ingrati tudinem dominus punire statuerat, manifestè

nifestè affirmat, eum illis nihil debuisse præstare beneficij, quod non præstiterit, culpamque semper malorum humanorum in scelera hominum reijcere, ac voluntatem diuinam perpetuò esse ad benefaciendum paratam, ostendere conatur. Nulla ergo sententia vel ad ingenuitas nobis de Deo notiones, vel ad traditas in diuinis literis naturæ eius proprietates, aptior atque accõmodatior afferri potest, quàm hæc nostra quæ asserit, benignissimum dominum omnes homines ad æternam beatitudinem cõdidisse, nullumque penitus, nisi quem propria culpa excluderet, ab eius possessione voluisse exclusum. Fuit hoc autem in æterna illa mente primũ condendi hominis consiliũ, idque, cũ ad probationes ventũ erit, fiet, vt arbitror, manifestum. Ac fuit illud quidem tũ misericordiæ, sicuti diximus, clementiæque plenissimum, eò quòd nos ex nihilo creatos, ad infiniti boni comparisonem omnibus rebus instruxerit: tum etiam iustitia non vacuum, quòd simul etiam statuerit illos non admittere, quos insigni liberi arbitrij gratia et beneficio abufos, scelerata vita et detestabilis erga tã beneficũ parentẽ ingratitudo, tãtis bonis reddidisset indignos. Ve-

nos. Verùm enim uerò cùm certissimò constet horum ipsorum hominum, quos pari conditione a mitissimo domino ad eandem foelicitatem uocatos esse asserimus, alios quidem salutem diuino beneficio consecuturos, alios uerò sua iniustitia æternam mortem promerituros: cumque id ipsum diuinę maiestatis omnia intuentes oculos latere minime queat, necessariò quoque mutata iam priori illa cunctorum æqualitate, præter illam, quam diximus, omnium ad salutem ordinationem, alias etiam duas ad hæc duo tam diuersa hominum genera pertinentes, easque ab illa priore non natura, non tempore, sed ordine quodam distantes ordinationes statuere, scriptura quoque duce, cogimur. Itaque ab æterno ille quidem, in eo tamen quod ordine posterius est, & piorum salutem, & impiorum peccata considerans, simul etiam id, quod singulis facturus erat, constituit: eos quippe qui salui futuri sunt, primùm gratiæ suæ beneficio ad Ecclesiam ac religionem suam uocare, deinde illuminare, iustificare, ac tandem glorificare, hoc est memoratæ salutis possessione donare, decreuit,

B      quando-

quãdoquidem diuina dona (quæ Deus, in eo quod ordine prius est, omnibus voluit conferre hominibus) sunt sine pœnitentia. Illos verò qui culpa sua damnandi sunt, in manu consilij relinquere, peccare permittere: dein' aliquando indurare, vt̃ latius infrà patebit: postremò autem reprobare, hoc est, relegatos a summi boni præsentia æternis cruciatibus, id exigentibus eorum meritis, addicere ordinauit. At peccare quidem permittere Deum intelligimus, non ea permissione quæ naturam liberam respicit, sed potiùs illa, quæ voluntatem peccantis propria culpa deprauatam intuetur. Reprobasse verò atque ad æternam mortem propter eorum scelera destinasse dicimus: quia non solùm misericors, verùm etiam iustus est Deus, qui dat vnicuique iuxta opera sua. Qui quidem ordo in diuinæ iustitiæ executione diligenter est animis nostris infigendus, vt priùs videlicet naturam hominis liberã, ac gratiæ adiumento peccatũ euitare valentem, ab illo cõditam intueamur. Deinde hominem ipsum abutẽtẽ hac libertate, peccato se maculare permissum, ac vltimo tãdem loco, Deũ impietatis ac scelerũ eius vltorem intelligamus.

Deus enim

Deus enim iustus non est prius ultor (vt inquit AVGVST. plurimis in locis) quam sit homo peccator, nec diuina voluntas meditata inferre pœnas ante peccatum: Si enim illud medigaretur, consequenter etiam videretur inferre peccatum, cum sine peccato pœnas infligere Dei iustitia haud patiatur.

Præterea hoc etiam discrimen inter hæc duo hominum genera diligenter est obseruandum, quod vtriusque quidem generis finem ab æterno sibi Deus proposuit: sed in altero genere nulla considerat opera, propter quæ destinauerit illud ad memoratum finem: in altero, & finem simul & opera, illum ad decernendum huiusmodi finem impellentia contemplatur: in altero prius finem quam media, in altero ediuerso prius media quam finem intuetur: in altero ipse Dominus est causa tam finis quam mediolorum ad illum finem tendentium, in altero finis solum ad Dominum auctorem referri potest: media verò ad ipsos homines, imo verò vtraque potius ad ipsos homi-

B .ij. sos homi-

fos homines, cùm propter media ab hominibus allata, Deus ipse finem adducat, Quaidem ex diuersitate constat, alterum quidem piorum & verè propitio numine natorum hominum genus, non solùm ad summam illam beatitudinem gratuita misericordia diuina esse præparatum, verùm etiam eâ ratione præparatum, vt toto vitæ curriculo eadem gratia adiutum ac bonis semper operibus cumulatum, eam sit aliquando certissimò consecuturum. Alterum verò genus, nefariorum hominum & aduersis prouidentie placitis genitorum, ab initio quidem in eo quod ordine prius est, ad eandem foelicitatem esse conditum, neque vlla ratione ad supplicia ac multò minùs ad peccata fuisse destinatum: peccatis autem iam contaminatum, ad pœnam quoque peccato debitam, iusto Dei iudicio esse seruatum.

Atque hæc quidem est nostra de ordinatione & prædestinatione diuina, paulò latius quàm breuitatis institutæ ratio postulabat, vt rectè ab omnibus intelligeretur, proposita sententia. Hanc enim omnium ex æquo  
in eo quod



in eo quod ordine prius est, ad salutem ordinationem, prædestinationem esse arbitramur: iustam verò ad debitum supplicium propter impia opera præparationem, reprobationem vocamus: quàmuis non ignorem, eos qui illam ipsam salutem, cuius gratia creati sunt, diuino beneficio consequentur, peculiari nomine electos appellari: ac nos perinde illos, vt meliùs hæc distinguantur, immobiliter seu infallibiliter prædestinatos nominabimus. Cæterùm vt nostra hæc sententia meliùs adhuc intelligatur, priùs eam adhuc paulò apertiùs ante oculos ponemus, quàm ad promissam confirmationem veniamus, & de sententia Noni capituli ad Rom. De præscientia Dei: de operibus nostris, de libero arbitrio, de que fide Christi, ac impij iustificatione, de peccato originali, atque de certitudine salutis & gratiæ, sine quorum cognitione intelligi hæc quæstio exactè non potest, pauca quædam adferemus. Primùm autem libuit, scrupulum quẽ nonum caput ad Rom. omnibus solet iniicere, breuiter eximere lectori, quia potest hæc nostra sententia, prima fronte illius capituli sententiæ videri aduersari.

B .iij. Oratum

Oratum autem lectorem volumus, vt omnes alias aduersus hanc sententiam dubitationes eò vsquè seponat, donec & sententiam nostram confirmemus, & aliorum opiniones refellamus: Speramus enim nullum futurum tam magni ponderis argumentum, cui non firmus in fine huius libelli, Deo duce, plenissimè satisfacturi. Vt ergo ad PAVLVM veniamus, tria potissimùm esse videntur, quæ non sine causa scrupulum aliquem iniicere nobis possunt. Primum est, quòd homines omnes diuidat in vasa iræ, & in vasa misericordiæ. Secundum, id quod ex MOYSE adfert, nempe quòd dominus quos vult indurat, & quibus vult, miseretur. Postremum, quòd ESAV a domino odio habitum (ex quo quidem inferunt, omnes reprobos hoc modo a Domino fuisse reprobatos) antequam mali quicquam egisset, prophetæ testimonio confirmet:

Quod ad primum attinet, illud certè meo quidem iudicio obseruatione dignissimum esse videtur, quòd cum priùs dixisset figulum posse aliud vas in honorem facere, aliud verò in contumeliam: vbi ad dominum sermonem transfert, non ait illum fecisse, sed sustinuisse vasa iræ  
apta ad

apta ad interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ, in vasa misericordiæ, quæ præparauit ad gloriam. Quid est quæso vas iræ: nisi homo diuina ira dignus: illius enim rei vas esse dicitur, qua plenum est: quid autem hoc est aliud, quam homo peccato maculatus. Quare si Deum nullo modo peccati esse authorẽ vniuersa scriptura testatur, facilè ex eadem scriptura couincemus, Deum nulla ratione posse vas aliquod iræ, ea ratione qua iræ est obnoxium, creare: docet id apertiùs ipse PAVLVS alio loco, in quo tradit ea esse vasa in honorem sanctificata, hoc est vasa misericordiæ, quæ sese puros & integros ab omnibus delictis conseruare nituntur. Hoc posito, si quis PAVLI verba pressius intueatur, videbit ea non solum acerbiorẽ aliquam sententiam non continere, verumetiam ipsam domini iustitiam, de qua tunc disputat, etiam misericordia quadam temperatam ostendere: etenim cum vasa honoris & cõtumeliæ nominat, non ait, quòd volens ostendere iram suam, aut iustitiam qua punit impios, aliquos constituerit reprobos, & vasa iræ effecerit apta in interitum: immo verò vt culpam omnem interitus in ipsos scelerum

B .iiij

lerum

lerum authores esse conferendam, common-  
 straret: & vt ostenderet opera illorum, & esse  
 proprij ipsorum arbitrij, et aduersus volunta-  
 tem ipsius ab hominibus fieri: sustinuit, inquit,  
 vasa iræ, per se nimirum ac sua sponte aptata  
 ad perditionem, vt iustissimus nobis omnibus  
 appareat in die iudicij: quandoquidem Deus  
 impium, et impietatem eius odio habens, eam  
 meritissimè dignis cruciatibus puniendam de-  
 cernit: sustinuit tamen, inquit, hæc ipsa vasa iræ,  
 quàmuis odisset eorum iniquitatem, quàmuis  
 sceleratos iure optimo cōfestim ad inferos præ-  
 cipitare potuisset (cùm nec pane quoq3, HIE-  
 RONYMI sentētia quouescuntur, sint digni)  
 sed quia benignus Deus etiã in ira locum relin-  
 quēs misericordiæ, peccata hominum dissimu-  
 lat propter pœnitentiam, vt ait SAPIENS, et  
 PAVLVS his verbis cōfirmat, An diuitias bo-  
 nitatis eius, et patientiæ, et longanimitatis contē-  
 nis? ignoras quòd benignitas Dei ad pœniten-  
 tiam te reducit? (benignitas enim, Philosophi  
 sentētia, virtus est, qua quis sponte omnium vti-  
 litati expositus est) tu autem secundum duriti-  
 am tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi  
 iram in diæ iræ & reuelationis iusti iudicij.  
 Non

Non exhibet ille quidem semper hanc misericordiam, satis tamen nobis esse debet, hunc etiam locum qui maximè videtur aduersari misericordiæ diuinæ, illius commendatione in ipsa (sicuti diximus) iræ vasa, non esse penitus vacuum. Fatemur autem & nos, vt ad secundam difficultatem veniamus, dominum ob grauissima facinora aliquos aliquando obdurare, aliquibus autem in pari causa misericordiam non denegare: sicuti quippe miseretur cui vult, ita iustè quoque hoc modo affectum potest indurare: immo si horum omnium miseretur, & peccatum omne inultum relinqueret, videretur ipsum peccatum ipsi quoque Deo quodam modo placere, qua sanè sententia absurdus nihil: & quia non solum iustus sed pius etiam est, quosdam, quos ab æterno sciebat fore vasa iræ, propter generis humani conseruationem & sui immutabilitatem sustinuit in multa patientia. Cæterum, quia hæc ipsa induratio pœna est, ipsa verò pœna (Christi pœna excepta) vbicunque reperitur, comes est indiuidua culpæ, ac nunquam illam vel tempore vel cogitatione (nisi legis latiuæ fuerit) præcedit, necesse est etiam hoc genus pœnæ,

poenæ, quod indurationem vocamus, non esse a Deo in prima illa ordinatione, sed post peccatum, & propter peccatum: imo verò frequenter propter diuturnam in peccato obstinationem & impoenitentiam, præparatum. Non igitur indurationis ratio & causa est precipua & sola diuina voluntas, sed humanum meritum est huiusmodi iudicij diuini causa, quod scripturæ (quæ habent, Deum tradere quosdam in reprobum sensum) ferè omnes, non nisi ob præcedentia peccata commissa, quosdam in reprobum sensum traditos, asseuerant, quemadmodum docet AVGVSTI. lib. 83. q. 68. q. prioribus meritis, quibus afflixit in regno suo peregrinos, hoc redditum esse PHARAONI, vt induretur: item de natura & gratia Cap. 22. Quapropter beatus AMBROSIVS illam PHARAONIS Historiam Exod. 9 sic interpretatur: cum ob peccata (& præsertim quia affligere soles hospites) dignissimus esses morte, ego tamen te superstitem seruavi, vt ostenderem virtutem meam: cui quoque adhæret sancti HIERONYMI interpretatio, qui vertit illud Exodi, posui .i. stare te feci, eo

feci, eo modo quo verterunt recentiores: quod idem est cum eo quod habet AMBROSIVS, nempe, seruavi te. Præterea ipsa induratio non hoc modo est intelligenda, quòd Deus ipse sit author flagitiosæ mentis ac prauæ voluntatis, sed accipienda est, vt simplex sit subtractio gratiæ propter meritum, quæ tamen alijs a Domini misericordia aliquando communicatur, & derelictio in eo statu, in quem ipse peccator scelere & culpa sua se coniecit. Non potest quidem, hoc modo destitutus diuino auxilio, & natura sua ad malum procliuis, & habitu iam peccandi præditus, non ruere semper in alia ex alijs flagitia: nihil tamen hinc colligi potest, quod sententiam nostram aliqua ratione subuertat: nec euincitur etiam, Deum ad poenam illum condidisse: quia iam patuit, poenæ considerationem semper esse peccato posteriorem, nec sequitur eum ordinasse ad peccatum, vel omnino velle vt hic ipse sceleris aliquid committat, non magis, quàm illum, quem, vt non adimat illi datam arbitrij libertatem, in primum incidere peccatum permisit: Relinquitur ergo vera illa Prophetæ sententia, in qua  
scriptum

scriptum est: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum: Manet & illud perpetuò firmum, Deo vel authore, vel impulsore neminem fieri deteriore: atque ideo, licèt quosdam in scripturis excæcasse atque indurasse legatur, nunquam tamem eum voluisse, aut statuisse vt quisquam peccarèt, in illis reperietur. Non vult (inquam) benignissimus Dominus, vt quisquam sit impius: nec ad hoc creat quempiam, vt agat impiè & damnetur, sed potius vt sanctè & piè vitam transigat, & ad salutem tandem perueniat. Deus enim noster Prophetæ testimonio, ante secula operatus est salutem de quo plura infra. Demũ sequitur tertius ille eiusdẽ capituli nodus, De ESAU odio habito, antequã peccatum aliquod commisisset: qui profectò, ex his quæ a nobis dicta sunt, facilè mea quidem sententia, solui potest. Concedamus odium illud, cuius ibi PAVLVS meminit, denotare reprobatorum reprobationem, etiam antequam actu peccent, id quod certum omnino non esse, paulò pòst palàm faciemus. Sed concedamus inquam, odium eorum omnium, qui reprobantur, significare reprobationem,



bationem, non tamen ideo sequitur, ipsum Esau peccasse, non quia ipse voluerit, sed quia fit reprobatus: neque enim sequitur, Deum futura eius peccata non præuidisse, vel eum non propter peccata reprobasse & condemnasse. Præterea ut in his, qui prius sunt morte præuerti, quàm ratione utantur, hoc quoque admittamus, reprobatos quosdã esse antequam præuiderentur eorum actualia peccata, quum neque sint, neq; esse possint, nec sic quidem efficitur, quòd, sublata omni penitus meritorum consideratione, fuerint reprobat. Non enim solùm ob actuale peccatum (quod iustè poena sensus duntaxat punitur) sed etiam propter originale reprobantur homines.

**V**ERVM eò reuertamur, vnde nostra defluxit oratio: Atque ut potissimùm huius opinionis fundamentum euertamus, paucis iterum excutiamus locum illum **P**AU-  
**L**I ad Romanos, de duobus nondum natis fratribus Iacob & Esau, cuius loci sensum supra breuiter explicuimus, ac denuo nos illum explicaturos polliciti sumus.

**C** Non est

Non est igitur putandum, PAVLVM adducentem illa Prophetæ verba, IACOB DILEXI, ESAV AVTEM ODIO HABVI, ex proposito eodem modo agere de reprobatione, ac de prædestinatione, atque eandem statuisse vtrisque rationem, sed vt Romanorum superbiam, qui Philosophiæ liberoque suo arbitrio prorsus fidebant, extingueret: & Iudæorum arrogantiam legis reprimeret, illosque omnes in viam veritatis reduceret, solum hoc voluisse docere, NEQVE PROPTER NATVRALEM RATIONEM, LIBERVM ARBITRIVM, ET OPERA LEGIS: NEQVE PROPTER GENVS DVCTVM AB ABRAHAM, SED MERA GRATIA, LIBERALITATEQVE DIVINA, HOMINES DILECTOS, IDEST, PRÆDESTINATOS ESSE, ET EX MERITIS ET GRATIA FORE SALVOS, SI PARENT IVSSIS. Odij porrò nomine nihil aliud accipi voluit, quàm id quod intellexerit ipse dominus in veritate illius historiæ, ex qua petita est allegoria prædestinationis & reprobationis,

bationis, hoc est minùs copiosam beneuolentiam erga aliquos, ea, quàm ostendit in alios. Putabant Gentiles operibus suis naturalibus tantùm, & Iudæi se propter opera legis fore saluos, & omnibus ad salutem sufficere, quòd lumen naturale, aut patrem haberent Abraham. Verba igitur Prophetæ in medium adduxit, vt cognoscerent, **GRATIA CHRISTI, PRÆDESTINARI, IUSTIFICARI ET GLORIFICARI HOMINES**, quemadmodum ipse **PAVLVS** Romanorù octauo docuit, licèt horum verborum literalis sensus ad temporales tantùm dignitates respiciat. Textus enim sic habet: cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni vel mali egissent (vt secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori. Et mox pro exemplo adducitur illud **MALACHIÆ** Cap. i: Iacob dilexi, Esau odio habui. Atque hanc esse germanam loci illius interpretationem, aperte colligitur ex sequentibus **Genes. Cap. 25**, verbis: **Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex vtero tuo diuidentur, populusque popu**

C ij      lum

Pfalm.  
59.107.

lum superabit, & maior seruiet minori, Haud dubiè igitur **E S A V** maior natu odio videtur haberi, seu minùs diligi, cum fratri suo minori **I A C O B** inseruire destinetur. Istud autem rei euentus docuit. Esau enim in Idumæa gente, cuius initium ipse fuit, Israhelitis seu Iacob in sua posteritate inseruiuit, vt docet **R E G I V S** **PROPHETA** dicens: In Idumæam extendam calciamentum meum: Super Philistæam iubilabo. Quis deducet me in ciuitatem munitam: quis deducet me vsque in Idumæam, Nisi tu Dominus, cuius fauore exercitus Dauid Rabbath Metropolitim Ammonitarum magna cum difficultate expugnauit, vnde facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid. similiter apud **P A R A L I P O M E - N O N**: Et constituit in Edom præsidiũ, vt seruiret Idumæa Dauid: Non igitur odium eo in loco contrariè, sed comparatiuè tantum sumi debet, vt ex alijs scripturæ locis colligi potest. scriptum est enim . Qui non oderit patrem aut matrem, non potest meus esse discipulus: vbi quoque haud absolutè potest odium intelligi, sed comparatiuè, vt parentum dilectio postponatur dilectioni Christi.

Sic etiam

Sic etiam illud intelligitur, Nemo potest duobus seruire dominis, diuersa aut contraria præcipientibus: aut enim alterum odio habebit, & alterum diliget. Quo etiam in loco, significatur odio haberi Deus, cum in dilectione postponitur creaturæ. Frequenter igitur odium in scripturis comparatiuè capitur, **VT QVEM NON ITA DILIGIS SICVT ALIUM, ODISSE RECTE DICARIS**, ac propterea nostræ sententiæ fautores sunt fere Græci omnes: sed de hac authoritate, quò meliùs intelligatur, quia sine dubio eget magna declaratione, adhuc relinquuntur aliqua dicenda, de quibus postea in hoc ipso libello paucis agemus.

**I**NSUPER non nisi operæ pretium esse arbitramur, priùs patrum sententias dicere (vt polliciti sumus) quàm rationibus nostram stabilire sententiam; Beatus igitur **AUGVSTINVS** libro 83 Quæstionum, super illud, Dilexi Iacob, Esau odio habui, inquit: Cui vult miseretur, & quem vult, indurat. Verùm hæc voluntas Dei iniusta esse nõ potest: venit enim de occultissimis meritis.

C iij

At ne

Obserua

Epist. 10. b

At ne quis vitæ æternæ electionem ex meritis dari suspicetur, quantum ad prædestinationis causam duntaxat videtur retractasse sententiam: quandoquidem in epistola ad PAVLINVM, hæc, inquit, massa si esset ita media, vt quemadmodum nihil boni, ita nec aliquid mali mereretur, non frustra videretur iniquitas, vt ex ea fierent vasa in contumeliam.

Cùm verò per liberum arbitrium primi hominis in cõdemnationem vniuersa defluerit, proculdubio quòd ex ea fiunt vasa in honorem, non ipsius iustitiæ, quæ gratiam nullã præcessit, sed Dei misericordiæ: quòd verò in contumeliam, non iniquitati Dei (quæ absit vt sit apud Deum) sed iudicio deputandum est.

Hoc quisquis cum Ecclesia sapit, non contra gratiam pro meritis disputat: sed misericordiam & iudicium domino cantat, vt nec misericordiam recuset ingratus, nec iudicium accuset inuitus: hoc autem diuinum iudicium in totam hominis vitam (sicuti ipsa diuina cognitio) fertur: idcirco sicuti ADÆ peccatum fuit ab æterno cognitum, ita sensus & cogitationes atque hominis opera ad malum procliuia, ab ipso Deo etiam ab æterno præscita fuerunt: vnde

re: vnde quidam iræ & iniquitatis vasa reperiuntur & dicuntur, quæ licet Deus sustineat, nunquam tamen ea sic constituit, creauit & fecit. Idcirco Epistola. 167. ad Optatum: Merito autem, inquit, videretur iniustum, quòd fiant vasa iræ ad perditionem, si non esset ipsa vniuersa ex Adam massa damnata. Quòd ergo fiunt indè nascendo vasa iræ, pertinet ad debitam poenā: quòd autem fiant renascendo vasa misericordiæ, pertinet ad indebitam gratiam: gratis enim prædestinamur, quemadmodum ipse idem lib. 21. contra Faustum cap. 2. & 3. docet, & iusto Dei iudicio, quàmuis nobis occulto, propter occultissima nempe singulorū merita, reprobamur: idcirco scripsit ipse idem Aug. Prospero & Hilario: Firmiter tenendū esse peccatores præscitos esse, non autem paratos, poenam autem paratam esse: quapropter nec ego ipse possum cogitare de bonitate diuina, neque de quouis Rege vel Principe valeo mihi persuadere (nisi tyrannus fuerit) quòd prima sua voluntate, velit habere quos puniat, ac propterea prius ordinet ad æternam poenam, quàm videat hos deliquisse, quod quidem crudele, horrible, et contra benignitatem

C iij diuinam

Cap. 28

diuinam esse dictum arbitramur, cum propheta Esaia sic scribente: **Q**uòd in mōte Perazim stabit Dominus, & in valle Gedeon irascetur ad faciendum opus suū, alienum opus suū: ad designandum facinus suum, alienum facinus suum. Alienum, obserua hic dici, quòd nihil magis Deo proprium sit, quàm misereri atq; ignoscere peccatis nostris: præter voluntatem facere, quòd irascitur, alienamque veluti voluntatem & naturę ipsius Dei aduersam induere. Est enim Deus omnium pater natura sua clemens, misericors, patiens, benignus, tardus ad iram, vt scriptura multis verbis, & varijs loquutionibus infinitam eius declarat misericordiam. Idcirco tantum abest, vt ultor sit Deus ante hominum peccata, quòd alienus, inusitatus & admirabilis apparebit in huiusmodi homines (quos creauit ad gloriam) in die irę, cum eos puniet atque dæmonibus tradet: neque id vulgari quadam & vsitata ratione, sed adeò stupenda, vt eius conspectum omnes expauescant. Idem super illud: an non habet potestatem figulus ex eadem massa aliud facere vas in honorem, et aliud in contumeliã, vel in nõ honorẽ,

vt græca



vt græca sonat dictio, Iacob, dicens: quia mundauit semetipsum, facit vas in honorem. Esau autem, cuius animam non ita puram videt, constituit vas contumeliæ, docet Chrysostomus, et confirmat Hieronymus, Iacob, inquit, dilexit, Esau autem odio habui, quia Iacob pius, Esau autem sciebat futurum iniquum, Similiter super eundem textum Ambrosius, Sciendo quod vnusquisque eorum facturum esset, dixit, Minor erit dignus, & Maior erit indignus, & infra, super illud miserebor, &c. i. ei misericordiam dabo, quem præsciui recto corde reuersurum ad me, & in ea rectitudine permansurum, vt habetur in glossa interliniari. Demum beatus Chrysostomus sententiæ nostræ eximius patronus, super illud, cum nondum nati fuissent, interrogans, cuius rei gratia in nondum natis, vnum præ altero elegerit? respondet causam esse, quod Deus non expectat, quemadmodum homo, vt ex rerum fine, bonum iudicet, aut malum, sed antequam quicquam generatur, nouit, quod iste malus, hic verò non malus sit. Hoc idem prologo Malachiæ. Hæc autem non dixerunt Patres, in eo quod ordine prius est, nempe de

pê de diuina voluntate, qua benignus Deus pater, Deus filius, & Deus Spiritus sanctus, trinus in personis, & vnus in substantia, omnem instituit creare & dirigere hominem ad salutem: sed omnia de eo quod ordine posterius est dixere patres respectu postremi & peculiaris effectus tum prædestinationis, id est salutis, tum etiam omnium effectuum reprobationis, id est desertionis in manu consilij sui, indurationis, permissionis peccandi, atque punitionis æternæ: grati enim prædestinamur, & iusto Dei iudicio, ab æterno reprobamur, vt dictum est sæpius. Cùm verò hîc audis, Christiane lector, prius, posteriùsue ordine, nullam in Deo suspiceris successione actuum, qui in tempore fiunt, sed signa tantùm agnosce naturæ, vt scholastici docendi causa loquuntur. Ideo si Pharaonis opera non fuissent ab æterno præuisa, nunquam Pharaon fuisset ab æterno reprobatus: non enim reprobos creauit Deus, sed quos præuiderat fore reprobos, creare non desinit: nec vt CHRISTVM proderet, creauit Deus Iudam: sed sciebat quis nam esset, qui Dei filium Iudæis traderet. Ideo apud IOANNEM EVANGELI  
STAM. Scio

STAM. Scio, inquit Christus, quos elegerim, quia sciebat, qui essent in fide & iustitia permanfuri: quàmuis præscientia Dei solùm sit causa, sine qua non cognosceretur Pharao aut quiuis alius reprobus ab æterno. Reprobationis autem causã materialis seu meritoria sunt peccata, vt docet Propheta Oseas: perditio nempe ex te est Israel, auxilium tantùm ex me: efficiens verò, iustitia Dei, & finalis, declaratio eiusdem iustitiæ, quemadmodum et finalis causa prædestinationis est declaratio misericordiæ. Vnde quosdam ab æterno immobiliter prædestinatos præsciuit, & quosdam reprobos, seu æterno cruciatui addictos. Non enim scientia Dei, temporis seriem respicit, aut aliquando fallitur, aut alicui imponit necessitatem (quàmuis præscita potuerint non præsciri: sed præscita, vt præscita non possunt nõ esse, nec aliter esse). Nam si præscientia necessitatem imponeret, profectò neque ipsemet Deus relinqueretur liber, vt infert beatus AVGVSTINVS libro. 3. de libero Arbitrio: cap. 4 (quod piæ vtique Christianorum aures minimè sustinent) cum non possint non esse neque aliter esse ea, quæ ab æterno præsciuit etiam

Ioan. 13

Breuis de  
præscientia  
declaratioReprobationis di-  
uersæ causæ

Oseas. 13

Obserua

etiam se in nobis aliquando facturum. Liberè enim creauit mundum, nos redemit, & beat, quæ si præscita ponantur, haud esse non potuerè. Idcirco quòd Iudas liberè voluit CHRISTVM tradere, Deus præsciuit, at non contrà: Nam si Deus ordine priùs sciuiisset Iudam traditurum CHRISTVM, quàm præuidisset Iudam velle proderè CHRISTVM, pro certo constituisset ipse Deus, vt Iudas traderet CHRISTVM, quod est prorsus falsum & hereticum commentum. Nam cùm Deus alicuius rei propriè causa esse dicitur, hæc tria requiruntur: VOLVNTAS mouens, SCIENTIA disponens, et POTENTIA operàs vt docet HVGGO de sancto Victore, lib. 2 de Sacramentis, part. 2. capite. 6. Non igitur Deus est propriè causa rerum ratione scientiæ tantùm, sed ratione scientiæ dirigentis, voluntatis imperantis, et potentiæ simul exëquentis: quapropter dicimus, quòd vidit Deus rem, vt res se habet: ergo sic eam vidit Deus, quia ita res est: non autem ita est, quia Deus videt, vt ORIGENES inquit, ita quòd non sequatur ita esse ad videre Dei, sed ita ipsum videre sequitur ad ita esse: nam res ordine priùs est quàm

Idcirco  
 præscita  
 ponantur  
 haud esse  
 non potuerè  
 Idcirco  
 quòd Iudas  
 liberè voluit  
 CHRISTVM  
 tradere  
 Deus præsciuit  
 at non contrà  
 Nam si Deus  
 ordine priùs  
 sciuiisset  
 Iudam traditurum  
 CHRISTVM  
 quàm præuidisset  
 Iudam velle  
 proderè  
 CHRISTVM  
 pro certo  
 constituisset  
 ipse Deus  
 vt Iudas  
 traderet  
 CHRISTVM  
 quod est  
 prorsus  
 falsum &  
 hereticum  
 commentum  
 Nam cùm  
 Deus alicuius  
 rei propriè  
 causa esse  
 dicitur  
 hæc tria  
 requiruntur  
 VOLVNTAS  
 mouens  
 SCIENTIA  
 disponens  
 et POTENTIA  
 operàs  
 vt docet  
 HVGGO  
 de sancto  
 Victore  
 lib. 2  
 de Sacramentis  
 part. 2.  
 capite. 6.  
 Non igitur  
 Deus est  
 propriè  
 causa rerum  
 ratione  
 scientiæ  
 tantùm  
 sed ratione  
 scientiæ  
 dirigentis  
 voluntatis  
 imperantis  
 et potentiæ  
 simul  
 exëquentis  
 quapropter  
 dicimus  
 quòd vidit  
 Deus rem  
 vt res se  
 habet  
 ergo sic  
 eam vidit  
 Deus  
 quia ita  
 res est  
 non autem  
 ita est  
 quia Deus  
 videt  
 vt  
 ORIGENES  
 inquit  
 ita quòd  
 non sequatur  
 ita esse  
 ad videre  
 Dei  
 sed ita  
 ipsum  
 videre  
 sequitur  
 ad ita esse  
 nam res  
 ordine  
 priùs est  
 quàm

Obserua  
 Que requi  
 rantur vt  
 Deus rerū  
 dicatur p  
 prie causa.

Hugo

Origenes

quàm cognoscatur. Rursus siue Deus contingencia cognoscat in se ipsis, vt quibusdam placet, siue in suis causis efficientibus, adiuuantibus, non impredientibus, aut impredientibus, vt alij opinantur, oibus tamen vnus cōsensus est: nēpe cōtingentia ordine prius esse, q̄ a Deo cognoscantur practicè. Quapropter non obstat quod AVGVSTINVS lib. 15. De Trinitate habet, Vniuersas nempe creaturas et spirituales et corporales, nō quia sūt, ideò nouit Deus sed ideo sūt, quia nouit. Quoniā loquitur ipse de rebus quas creaturus erat Deus, aut solus futurus erat author. Cū verò dicimus cōtingentia futura nō præsciri, nisi essent futura: haud sentimus aliquid proprie esse diuinæ scientiæ causā, sed causā improprie, aut sine qua nō, itelligimus: importatur enī inter futura cōtingentia et Dei præscientiā, solū cōsequētia vnus ad alterū, de quibus latius Tho. in tractatu de præscientia et prædestinatiōe Cap. 3. et nos plura infrā, cū agemus de diuina scientia. Sed tempus est, vt Deū, effectiue sua misericordia omnem quātū in ipso fuit, passiōe Christi hoīem redemisse, demonstramus. Christus aut a Patre missus in mundū, vt eius nempe patris volūtatem faceret, sua

D passione

passione meritorie redimere voluit omnes, quantum in ipso fuit, quamuis eam non in omnibus effectum sortiri suum, præsciuerit. Quia CHRISTVS mortuus est pro peccatis totius mundi, vt testatur EVANGELISTA IOANNES in sua Canonica, vbi beatus AVGVSTINVS sic habet: Non enim Deus misit filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Ergo CHRISTVS in quantum medicus est, omnem sanare venit ægrotum: sed se ipsum interimit, qui præcepta medici seruare non vult. Atque propterea simpliciter dicitur mundi seruator, quòd quantum in ipso est, seruare vult mundum. Quibus patet, Dei filium, omnem venisse (sicuti dictum est) seruare hominem: Vnde non fucate, sed aper tissimis verbis omnes Colossenses adhortatur PAVLVS, vt mansuetudinem, patientiam, ac reliquas virtutes omnes, tanquam electi Dei ad vitam beatam, induant, non tamen inde sequitur Colossenses saluari omnes. Apostolus enim ad æternam (in eo quod ordine prius est) Dei voluntatem respiciens, quæ vult

1. Ioan.  
2. 8. 3

Paul. 9.

quæ vult omnem saluum fieri hominem, audacter Colossenses vocat creatos & prædestinatos, seu electos ad æternam foelicitatem.

Vnde fit, vt nullus proprię salutis, absque diuina reuelatione, possit esse certus. Ideo certitudi-  
ni gratiæ ex fide aliquam concedimus digressionem.

Quapropter neminẽm mortalium etiam renatum in CHRISTO, citra specialem reuelationem posse suæ salutis certum esse, docemus: omnibus enim hominibus obscurum est, eosque latet, num fecerint quod in se fuerit, ac non posuisse obicem: atque ideo multo est etiam obscurius, sint nẽ vsque ad finem gratiam habituri, & ea non amissa hinc discessuri, compertum habere: quàmuis fide tenendum sit, & nullatenus dubitandum, nimirum, sacramenta nouæ legis, nisi obicem inuenerint, conferre gratiam, eamque Deum, facienti quod in se est, haud denegare: Patet igitur consequenter neminem certum esse, an sit in eo, quod ordine posterius est, id est, in ordinatione ad gloriam (ad quam omnem hominem creauit benignus Pater) con-

D ij firmatus,

*Augu-  
stinus*

firmatus, ob id enim ait beatus AVGVSTI-  
NVS, De corrept. & gratia Cap. 13. Quis e-  
nim ex multitudine fidelium, quãndiu in  
hoc mortali seculo viuitur, in numero præde-  
stinatorum se esse præsumat: nec quidem præ-  
sumere expedit, vbi tanta est infirmitas, vt  
superbiam possit generare securitas: et PRO-  
VERBIORVM. Cap. 27. Quis gloriabitur  
castum se habere cor: aut quis gloriabitur mũ-  
dũ se esse à peccato: cũ nemo sciat, an amore,  
an odio dignus sit: Vnde facta TRIDENTI-  
NA SYNODVS Sessione 6. Can. 12. sanc-  
uit, vt nemo, quãdiu viuat, de arcano diuinæ  
prædestinationis mysterio, vsque adeo præsu-  
mat, vt certo statuatur, se omnino esse in numero  
prædestinatorum: quasi verum esset, quod iu-  
stificatus, aut amplius peccare non possit, aut  
si peccauerit, certam sibi resipiscentiam pro-  
mittere debeat: nam, nisi ex speciali reuelatio-  
ne, sciri non potest, quos Deus sibi elegerit: in  
eo nempe intellige, quod est ordine posterius:  
illos enim electos appellat, quos præsciuit im-  
mobiliter in fine vitæ suæ in fide & gratia per-  
mansuros. Ideo eadem sessione prohibitum  
est: Si quis magnum illud vsque in finem per-  
seuerantiæ



seuerantiæ donum se certum habiturum absolutè & infallibili certitudine, nimirum fidei, dixerit, anathema sit. Quamobrem ego vt ECCLESIASTES ait, Omnia hæc tractaui in corde meo, vt curiosè intelligerem: & si tamen sunt iusti atque sapientes, non humana quidem sapientia, sed diuina: quoniam sequitur, Et opera eorum in manu Dei sunt: attamen nescit homo utrùm amore, an odio dignus sit. Item super eundem locum, Beatus HIERONYMVS, etiam in hoc, inquit, dedi cor meum, & scire volui, quos Deus diligeret, & quos Deus odisset. Et inueni, Iustorum quidem opera in manu Dei esse, & tamen utrùm amentur à Deo, an non, nunc eos scire non posse & in ambiguum fluctuare, utrùm ad probationem sustineant, quod sustinent, an ad supplicium: In futurum igitur scient. Verùm non ibimus inficias, quòd nempe posset quis sibi bene conscius, & faciens quantum est virium suarum, vel potius debet at spe certa, firma & indubitata bene sperare, nec nõ promittere sibi gloriam æternam, idq;

D iij propter

propter Dei Optimi Maximi pollicitationē, fidemque in præstando pollicitam singularem, qui sperantibus in se, pollicitus est iam indè a principio, præsidium, salutem, libertatem, prouidentiam, & virtutes omnes, denique se ipsum, & quidem non minùs exhibuit. Vsq̄ue adeò fidelis est, & se ipsum negare non potest, si modò nos spem nobis propositam teneamus, & quasi anchoram defigamus in eo, qui est omnium bonorum pelagus ac fons, sed tamen nihilominus sic affectos esse & animatos, vt credamus firmiter, id est, fide catholica certa & inconcussa, nos peruenturos aliquando in æternam ac beatam vitam, nulla lege aut ratione obstringimur, quantūuis peregerimus ea omnia, quæ ab homine Christiano requiri & exhiberi solent, Quemadmodum enim diuina promissio voluntatem nostram hac eximia virtute instructam erigit, perficit, alit, firmat, et certam facit æternorum bonorum (ita tamē vt eam honestis actionibus in dies certiore reddere possimus) vt nulla Diaboli sollicitatione, impugnatione uē commoueri queat: ita intellectus nostri, in quo quasi domicilio fides catholica collocatur, ea  
est natura,

est natura, vt nisi rei euidencia aut diuina aliqua illustratione conuincatur, nunquam persuadeatur, multò minùs obstringatur. Non obstat quod nonnulli opinantur, nos posse quidem certa et firma spe catholica, peccatorũ remissionem ex meritis & gratia & vitam æternam expectare: Ergo idem posse nos fide catholica credere, fuisse nostrorum peccatorũ per eadem merita et gratiam nos affecutos remissionem, & in nobis habitare gratiam, ac tandem fore beatos. Nam certitudo intellectus fallibilis est, quia scientiæ (quæ sine diuina reuelatiõẽ haud haberi potest) innititur. Secùs autem est de spei seu affectus certitudine, quæ licet ex incerta notitia intellectus vtcunque nascatur, cum ea tamen incertitudine ipsa firma spes futuræ beatitudinis, ex meritis & gratia stare potest: quandoquidem huiusmodi expectationis certitudo innititur regulæ infallibili, nempe promissioni diuinæ, quæ non potest fallere. Idcirco cognitio obscura & fallibilis intellectus, ex parte quidem subiecti: (qua diuinę cognoscuntur promissiones fidelibus factę) tantum, vt causa sine qua nõ, quosdam causat in voluntate affectus, quibus sic

D iiii

sibi ipsi

fibi ipsi homo eas applicat, quasi hæ promissi-  
ones ipsi sint factæ: Hinc ergo certò & firmi-  
ter incipit Christianus sperare.

**S**ED tēpus est, vt nostra se cōuertat oratio ad  
**CHRYSOSTOMVM** patronū nostrū  
cuius sententia nō solū inculcāda est sēpius, aut  
aureis tātūm literis depingi meretur, sed etiā in  
animis hominū inculpi, quandoquidem su-  
per illud, Iacob dilexi, Esau odio habui, ait.

**Q**UOD QUANTVM AD DEVM  
ATTINET, SALVÆ FVISSENT  
OMNES TRIBVS ISRAEL, AT-  
QVE ADEO OMNES MORTA-  
LES, Idem affirmat super illud, Erat lux vera

Acto. 15.

quæ illuminat omnem hoīem venientem in  
hūc mūdū. Cui etiā adstipulatur **PETRVS**,  
solita ac pastorali libertate sua, inquiring, viri fra-  
tres, vos scitis quoniā ab antiquis diebus Deus  
in nobis elegit per os meū audire Gentes verbū  
Euāgelij, et credere, et qui nouit corda Deus,  
testimoniū perhibuit, dans illis **SPIRITVM**  
**SANCTVM**, sicut et nobis, et nihil discreuit  
inter nos et illos, fide purificās corda illorū:  
nam in **CHRISTO IESV** vera fide  
fit, vt neque mas, neque foemina, neq; seruus,  
neque

neque liber, neque græcus, neque barbarus quispiam sit, sed omnes vnum simus: quem enim non saluare cupit? qui illuminat omnem hominem, vt ab errore per peccatum contracto liberetur? quem non saluare cupit? qui sine discrimine non populum suum, vocat populum suum, fide purificans corda: sed quem nō saluare cupit? qui barbaros, scythas, seruos ac liberos vocat, quū & de cœlo descēderit, vt peccatores vocet? omnes enim homines aut iusti sunt aut peccatores, nec cuiquam vnquam fuit dubium, Deum velle saluare Iustos: atque is ipse SALVATOR dicit se vēnisse vocatū peccatores: quare nullus relinquitur homo, quē Deus saluare nolit: nisi propter peccatorū merita (quæ in scholis demerita appellantur). Sanat ægrotos omni infirmitate morbidos, docet infirmos quosque, peccatores suo sanguine lauat, & pro quibus effundatur, ostendit, dicens: Hic est sanguis meus, qui pro vobis apostolis, & pro multis, qui credituri sunt, effundetur in remissionem peccatorum, ac pro reliquis in suam maiorem confusionem. Non enim ipse CHRISTVS pro his, qui volunt viuere mundo, efficaciter suum effudit sanguinem

guinem, sed pro his qui fidem & charitatis præcepta seruaturi sunt: nam eos, ait, tua Pater bonitate ad me venire iussisti (non enim aliter ad me venire poterant) mihi dedisti, & in finem vsque direxisti, atq; ex ijs ne vnum quidem perdidisti, quàmuis se ipsos quidem perderunt, vt latius infra patebit.

Hactenus ergo præcipuam nostram sententiam, cuius gratia scripsimus hunc librum, fatiſ (vt arbitror) dilucidè proposuimus, atq; ita fortasse proposuimus, vt veritas eius & pietas, cuilibet eam diligenter intuenti, conspicua esse queat. Nunc autem, & illa proposita, et alijs ad eam intelligendam necessarijs breuiter adiectis, ad eam, sicuti polliciti sumus, aliquot argumentis cõfirmandam, accedamus: **DE-  
VM, IN EO QVOD ORDINE  
PRIVS EST, SVAM RESPICIEN-  
TEM BONITATEM, LAVDEM  
ET GLORIAM, NVLLVM REPRO-  
BASSE HOMINEM SINE MERI-  
TIS, SED PARATVM FVISSE PO-  
TIVS IN VNIVERSVM SVAM  
LARGIRI OMNIBVS GRATIAM,  
HOC**

HOC PACTO DOCEMVS. Deus nul-  
lum reprobauit angelum sine meritis, igitur  
nec vllum absque meritis reprobauit homi-  
nem: omnes enim angeli erant in gratia creati,  
in qua si permansissent (vt certè poterant: nam  
dona & vocatio Dei sunt sine pœnitentia) fu-  
issent sine dubio salui omnes.

Prætereà omnis homo eo modo, quo erat in  
Adamo, fuit in gratia creatus, si enim cecidi-  
mus cum eo, sicut folia vniuersi (Esaïę testimo-  
nio cap. 64.) stetimus profectò priùs cū eo in  
gratia, aqua cū eo peccāte cecidimus: in qua si  
ipse Adā, quod poterat, perstitisset, vitā profe-  
ctò fuisset cum tota posteritate assequutus *eter*nam.

Neminem enim deserit Deus, nisi priùs dese-  
ratur ipse. Nam APOSTOLVS ad Philip-  
penses ait: Qui cœpit in vobis opus bonum, vſ-  
que in diē CHRISTI perficiet: intellige: nisi  
Spiritu Sancto restiteritis, quemadmodum  
Iraëlitæ restiterunt. Quòd autem creatus sit  
Adam in gratia, qua potuit non peccare,  
non mori, & non deserere Deum, pater: quo-  
niam Deus ipse fecit hominem rectum, qui  
propositis igne & aqua, liberè ad quod voluit,  
suas potuit extendere manus, Vnde beatus

Prim. ca.

Adā creatus est in gratia.

AVGV-

Aug. lib.  
12. de Ciui-  
ta. Dei.

AVGVSTINVS, Si Deus, inquit, prouidit naturæ angelicæ minùs indigenti, quanto magis prouidit naturæ humanæ magis indigenti?

August. de  
Correp. &  
grat. ca. 10

Idem AVGVSTINVS de correptione & gratia: Adam, ait, creatus fuit in beatitudine, vt

August. in  
Enchy.  
cap. 104.

posset non peccare, in qua translatus in coelum fuisset confirmatus, si in illa perseuerasset. Simi-

liter in Enchiridio: Primum, inquit, homi-

nem Deus in salute illa, in qua conditus erat, custodire voluisset, eumque oportuno tempo-

re, sine mortis interpositione ad meliora per-

ducere, si præcisisset perpetuam voluntatem, in qua factus erat, habiturum. Quibus patet,

quòd sicut in ipso peccauimus omnes, ita in ipso per Dei gratiam glorificati fuiffe-

Esa. ca. 45

mus omnes. Ad gloriam enim, inquit Esaias, creauit nos Deus, instituit, & fecit ad

imaginem & similitudinem suam, donauitq; cunctis intellectum, vt Deum intelligant: &

Ansel-  
mus.

voluntatem, vt Deum ament: & per amorem Deo fruantur. Similiter ANSELMVS de

casu diaboli: Malus, ait, angelus non ideo non accipit perseuerantiam, quia Deus non dedit, sed ideo Deus non dedit, quia ille non ac-

cepit, Ita quoque de Adamo sentiendum esse omnino



omnino arbitramur, qui potuit perseverantia donum, pro se, suisque omnibus posteris accipere, verum merito CHRISTI omnes homines habent, unde recuperare illud possunt, si fide & sacramentis in numero Christianorum inscribantur.

Quapropter observatione dignum arbitramur, quod sicut non dicitur CHRISTVM satisfecisse pro peccatis totius mundi voluntate conditionali, licet suae passionis effectum sub conditione omnibus proposuisse, neminem catholicorum latet, quandoquidem nullum saluari hominem, nisi per fidem, & sacramenta instituit: ita praedestinatio (qua Deus vult omnibus in uniuersum suam conferre beatitudinem, eosque omnes in gloriam ordinare & dirigere, nisi ipsi voluntariè renuerint) non potest conditionalis dici, quàmuis eiusdem praedestinationis effectus omni conditionaliter proponatur homini: non enim APOSTOLORVM PRINCIPIS conditio-  
nalis dicitur praedestinatio, tametsi ex SAL-  
E VATO-

Deus abso-  
lute vult  
omniū ho-  
minum sa-  
lutem, sic  
cuti Chri-  
stus redeo-  
mit oēs.

*Mat. 19*

V A T O R I S sententia perceperit ne-  
minem quippe fore saluum, nisi præcepta  
seruauerit omnia: etenim dictum fuit A-  
dolescenti cuidam: Si vis ad vitam in-  
gredi serua mandata: quod enim vni per-  
tinens ad salutem dixit CHRISTVS,  
omnibus dictum esse putes, vt Theolo-  
gorum norma docet. Et alibi: Si non  
lauero te, non habebis partem mecum.

*Ioan. 13.*

Et præmium statim subiunxit dicens:  
Si hæc scitis, beati estis si feceritis ea, li-  
cèt sciebat ipse, qui erant in fide & iu-  
stitia permanfuri, quos quidem passim e-  
lectos vocat. Non igitur prædestinatio,  
in eo quod ordine prius est, conditiona-  
lis est, sed eius tantùm effectus.

Vnde potiùs voluntas diuina prædesti-  
nans, legis latiua, quàm conditionalis ve-  
nit dicenda.

Nec indè sequitur, quòd opera hominum  
bona prædestinationem mereantur. Nam  
quo pacto illa prædestinationem promerean-  
tur, quæ non solùm ante natos homines nulla  
fuere,

Hominis  
opera nec  
prædestina-  
tionem nec  
primam me-  
rentur gra-  
tiam.

fuere, verum etiam ne cognita quidem ea, neque animaduersa a Domino fuisse dicimus, in primo illo condendi hominis consilio. Prædestinationis profectò non magis humana opera possunt esse causa, quàm omnium aliarum creaturarum actiones, causæ esse possunt, quòd singulæ sint a Domino ad proprium bonum consequendum procreatæ. Si nefas est in omnibus alijs rebus ad suum finem conditis aliam reperire causam, quàm meram atque gratuitam bonitatem diuinam: cur quæso non tanquam impium exhorrescimus asserere, aut cogitare hominem ad suum finem, hoc est, ad æternam beatitudinem, non hac impellente bonitate, sed ipsius operibus, esse conditum? Quid ergo, inquiet, aliquis, eodem modo statues esse prædestinatos P E T R V M & Iudam? Eodem penitus, quod attinet ad primum naturæ signum, & id quod ordine prius est. Quod enim quæso vtriusque reperiri posset? cùm in illis nihil penitus præter opus Dei ad salutem conditum animaduertebatur. Sed de hoc genere prædestinationis, quæq; prima & præcipua omnium hominum

E ij                      nemine

nemine excepto ad vitam est præparatio, (quoniam futuræ beatitudinis capaces creavit homines, ipsisque omnibus paratus est media conferre, quibus quisque posset eam assequi beatitudinem) nulla forte controuersia est. Eam verò prædestinationem, quam certum & immobilem suprâ vocauimus, contendet aliquis opera nostra promereri, eò quòd illa sequatur considerationem operum, & ob id quòd nullus intelligatur hoc modo prædestinatus, quem Dominus prius non vidit gratiam suam amplexurum, & eam vsque ad finem vitæ retenturum. Nos tamen & huius prædestinationis opera causam esse negamus, quamuis sine illis & primam prædestinationem effectu suo caritativam, & neminem haberi aut esse infallibiliter prædestinatum libenter confiteamur.

Nam sicut opera poenitentiae, quæ semper ante formalem hominis iustificationem requiruntur, non sunt causa iustificationis, quantumuis sine illis nemo iustificaretur adulatorum, ita quoque necessaria esse opera, vt aliquis hoc modo habeatur immobiliter prædestinatus, meritò concedimus, causam, tamen

sam, tamen prædestinationis his ipsis operibus non minùs piè, quàm verè detrahimus. Id verò posterius etiam, Deo duce, magis confirmabimus: Nunc autem consequentiam ipsam argumenti aduersariorum inualidam esse, demonstraſſe fatiſ habemus.

Quòd autem ad iustificationem opera pœnitentiæ requirantur, docet sancta TRIDENTINA SYNODVS his verbis: Quòd si quis sola fide impium iustificari dixerit, ita vt intelligat nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, et nulla ex parte necesse esse, eum SVÆ VOLVNTATIS MOTV PRÆPARARI, ATQVE DISPONI, anathema sit.

Sessione. 6  
Cano. 9.

Similiter nec infantes saluantur si absque Baptismo suum obierint diem. Sanciuit enim DEI PATRIS SAPIENTIA, renatos dumtaxat in CHRISTO, possidere regnum cœlorum.

Ita enim placuit Seruatoris voluntati instituenti, quæ cum sit causarum causa, nullam habet causam se superiorem, licet diuina voluntas vltrix ex causis moueatur:

E iij      omnis

*Clem.  
Alex.  
in orat: ad  
hor. ad Gē  
tiles*

omnis enim iusta punitio supponit culpam: nam quemadmodum pœna positiua præcedit peccatum, ita pœna priuatiua. i. lex pœnalis sequitur defectum. Interim **CLEMEN- TIS ALEXANDRINI** de Baptif- mi necessitate sententiam audiamus: venite, inquit ipse, venite o meorum Iuuenum cœtus: nisi enim efficiamini rursus vt pueri, & rege- neremini, vt ait scriptura, eum, qui verè est pater, non recipietis, nec vnquam in regnum cœlorum intrabitis. Verùm si per Baptisma quis fuerit ascriptus, & ciuis effectus, & pa- trem acceperit: tunc sine controuersia erit in numero filiorum patris, tunc dignus habebi- tur, qui sit hæres, tunc ei, vt germano & di- lecto, regnum paternum **CHRISTVS** impertiet. Hæc est enim primogenita Eccle- sia, quæ constat ex multis pueris.

*Idè est iu-  
diciū præ-  
destinatio-  
nis et iu-  
stificatiōis*

Sed vt faciliùs materia prædestinationis intelligatur hæc libuit subscribere, Chri- stiane lector, nimirum ignorare, idem esse iudicium prædestinationis & iustifica- tionis, reprobationis & priuationis æter- næ fœlicitatis, aut punitiōis æterni crucia- tus, fuisse videtur in causa, mea quidem sen- tentia,

tentia. quòd hactenus multa diuersa & pugnantia scripsere opuscula. Etenim quemadmodum declarauit Ecclesia pluries congregata, aduultorum neminem ex operibus iustificari, ita consequenter dicendum est, ex iisdem prædestinari neminem, vtrumque enim est Dei donum: quoniam sicut iustificationis ordo primùm omnium exigit auxilium diuinum mouens & illuminans, deinde liberum hominis assensum, postremò infusionem gratiæ gratum facientis, ita prædestinationis ordo primùm requirit gratuitam electionem ad vitam æternam, deinde gratiam, mediâq; omnia, quibus tandem liberè assentientes, vitam omnes assequi possint æternam, ad quam benignus omnium Pater creauit omnem & redimere voluit hominem. Atque hinc est quòd APOSTOLVS orari iussit in Ecclesia Dei, simpliciter pro oïbus hoïbus ad gloriâ sufficienter ordinatis, prædestinatis, et redemptis. (vt nostra docet opinio) quanquàm potissimum pro Regibus, ijsque qui in sublimitate positi sunt, sollicitos nos esse oportere, monet. Cùm enim per Dei gratiam pacis amatores sunt Reges, atque principes, quietam, tranquil-

Iustificati  
onis et præ  
destinatio  
nis ordo  
similis.

1. Tim. 2.

E iij lam,

lam, piam, & honestam in terris agimus vitam, quod bonum est, & acceptum coram Deo seruatore nostro, qui semetipsum in omnium redemptionem morti tradidit. Imitare igitur, candide lector, scopum & finem ipsius Dei, & quemadmodum ipse omnes seruare vult homines, ita quoque tu pro omnibus mortalibus fundito precēs, vt & ipsi seruentur omnes: ait enim **IACOBVS**: Orate pro inuicem vt saluemini. Ideo eos studeamus facere pacis consortes, quoniam nobis proximorum dilectionem, & Deus, & naturalis ratio præcepit: quod enim, inquit ille, tibi vis fieri, alteri facias. **Q**uo quidem ex Domini præcepto, dum iubemur omnium desiderare salutem, hunc etiam in modum in sententiæ nostræ corroborationem liceret argumentari: Nihil vult Deus positivè, seu præceptivè nos velle, quin ipse, quantum in se est, quoque velit: Sed Deus vult positivè seu præceptivè nos velle, & desiderare omnium salutem: ob id enim pro omnibus preces fundi iussit, quia vult, vt quisque sibi & alijs salutem optet, vt beatus **AUGVSTINVS**

*Jacob. Ca.  
non. para.  
cap. 5.*

*Obstrua*

*Augus.*

libro



libro vigesimo de Ciuitate Dei docet. Manifestum est igitur Deum quoque quantum in ipso est, velle omnibus salutem. Ergo quantum ad nos pertinet, omnibus, ne vel ipsi pereant, vel alios perdant, salubris & seuera instar medicinæ adhibenda erit correptio, vt si quis corripitur, sit ei correptio salubre medicamentum: sin autem corripere recusauerit, sit ei poenale tormentum: ex charitate tamen semper adhibenda est huiusmodi proximis correctio.

Hæc est, meo iudicio, catholica omnium rectè sentientium doctrina, vt ea ipsa pluribus scripturæ testimonijs ac rationibus confirmanda sit, efficit vel hæreticorum, vel aliorum etiam in tam obscura materia diuersa opinantium contentio. Didicimus enim ex **AVGVSTINO** singulas hæreses intulisse Ecclesiæ proprias quæstiones, contra quas diligentius defenderetur scriptura diuina, quàm si nulla nobis esset cogens necessitas. Ideo non est, Christiane lector, mirandum, cur nos tantopere in hac sublimi laborauerimus quæstione: insurgunt enim quotidie pseudo prophetæ, qui sub nomine beati **AVGVSTINI**,

Quod impulerit autorem vè de prædestinatione scriberet.

STINI, dum eius sensum ac sententiam, aut non intelligunt, aut deprauare student, Deum quosdam creasse homines, vt haberet quos puniret, & absque aliqua demeritorum præscientia, eos a regno exclusisse, asserūt: quod nè impiorum quidem aures sustinent. Idcirco hoc nos firmiter tenendum esse, & nullatenus dubitandum, arbitramur: docentes, neminem creasse Deum omnium benignum Patrem, & suauem Dominum vniuersis, vt reprobaret, & haberet quem puniret: sed reprobos sciuisse futuros, quos creauerat in gloriam, hosque in multa patientia, & longanimitate sustinere, eaque tolerantia ferre (vt resipiscerent, aut inexcusabiliore in die iræ haberentur) qua patres nimium faciles indulgentia sua, filiorum peccata ferunt, quos tandem iure optimo præter suam voluntatem hæreditate priuant: Igitur diuinæ vocationis contemptum, esse reprobationis causam firmiter docemus. Quapropter si qui sunt, qui ita plebem compellent: si non creditis, ideo fit, quòd iam diuinitus exitio destinati estis: hi non modò ignauiam fouent, sed etiam indulgent maliciæ. Si prætereà sunt, qui in

qui in futurum quoque tempus sententiam extendat, quod non sint credituri, qui audiunt, quia reprobati sunt, imprecatio erit potius quam doctrina. Tales itaque **AVGVSTINVS** non immerito, tanquam vel insulsos doctores, vel finistros et execrabiles prophetas, ab Ecclesia iubet facessere: non enim vnus tantum aut alterius hominis mediator est **CHRISTVS**, sed omnium: quia inimicitiae, quae est inter hominem & Deum mediator, reconciliator, & redemptor est. Idcirco **ESAIAS**, quia nos omnes errauimus, posuisse Deum in **CHRISTO** omnium nostrum iniquitatem asserit. **Qui** quoniam intercessor futurus erat, utramque naturam etiam participare debuit, ut in nostrae redemptionis mysterio, officio intercessoris, reconciliatoris & redemptoris fungeretur. Nam quod homo non poterat, Deus non tenebatur. **CHRISTVS** ergo incarnatus venit ex duabus compactus naturis, ut & deitate & humanitate consistens etiam in vna eademque persona post coniunctionem, unitatemque, intelligatur & adoretur, ut patri satisfaceret secundum iustitiam.

**Verum**

De cor. &  
gra. lib. 5.  
ad Valer.

Esaias  
cap. 53.

Verum ipsum denuò audiamus **PAVLVM** Thessalonicenses ab initio mundi electos fuisse omnes, docentem, quamuis certum ac nulli dubium esse credo: hos omnes haud fuisse beatos: sic enim ipse habet: Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres, dilecti a Domino, quòd elegerit vos Deus ab initio in salutem, per sanctificationem spiritus, ac fidem veritatis, ad quod vocavit vos per euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ domini nostri **IESV CHRISTI**. Quidnam præcor candide lector est hoc? nisi Deum ad vitam beatam omnem creasse & ordinasse hominem, asserere: ac quantum in ipso est, eos velle beare omnes? Ideo subiungit: Ita que fratres, stete & tenete institutiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per Epistolam nostram. Eos igitur, & consequenter omnes homines adhortatur **PAVLVS** in fide & iustitia accepta manere, si velint vitam tandem frui æterna. **ET AD HEBRÆOS**: pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum, curam agentes, ne quis sit, qui deficiat a gratia Dei: in

Paul. ad  
Thes. Ep.  
2. cap. 2.

Cap. 12.

Dei : in omnium enim redemptionem ipse se morti tradidit, vt omnibus sufficientem impartiretur gratiam, quàmuis quibusdam maiorem, quibusdam maximam ab æterno conferre benignus Pater decreuerit.

Quamobrem etiam omnibus in vniuersum præcipitur mandatorum obseruatio, non quibusdam quidem, alijs verò non, nec vt magis minusue puniantur (vt quidam inconsideratè aiunt) præcipitur, sed vt ad vitam ingrediantur omnes, si pareant iussis, vt meritò in die iudicij vnusquisque recipiat secundum opera sua, & qui bona egerint, in vitam introducantur æternam: qui verò mala, in ignem æternum compellantur: quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Vnde ait Dominus per **HIEREMIAM PROPHE TAM**, Posui ante faciem tuam viam vitæ, & viam mortis, vt eligas bonum, & ambules in eo: in maiorem autem pernitiosi hominis confusionem misericordiarum Pater ait: Testes inuoco hodie cælum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem, F & maledi-

Mat. 15

Gal. 6.

Hiere. cap. 21.

Deute. cap. 30.

& maledictionem. Elige ergo, Christiane lector (Dei tamen gratia vocante & illuminante, atque cooperante) benedictionem & vitam, ut & tu in perpetuum viuas: ac bonum Deo gratum, gratia nempe & libero quidem arbitrio assistente, operare semper, ut maiorem gratiam & gloriam assequaris.

Agitur  
nō inuti-  
liter de li-  
bero arb.

Ex his omnibus, fatiſ vt opinor, multis & validis argumentis est quæſtionis veritas comprobata. Nunc verò antequam huic parti finem imponamus, de libero arbitrio quoque, deque relictis illi post Adæ peccatum viribus, paucis agemus. Stante enim libero arbitrio, necessariò tollitur omnis illa ex eadem massa personarum discretio, & inconsiderata reprobatio, sicuti ea, quæ in ordine inter opiniones, quas recensemus, quartum habet locum, docet opinio: ac statuitur gratissima illa Domini omnium ad vitam prædestinatio, & iustissima reprobatio. Sicut ediuersò eo ruente, continuò etiam labatur necesse est nostra de prædestinatione & reprobatione sententia, atque inducatur  
contraria

contraria. Præmittatur autem eius definitio. LIBERVM ARBITRIVM, EST FACULTAS ELIGENDI BONVM AVT MALVM, quàmuis non sub ratione mali: bonum autem supernaturale, hac nempe libera facultate, nemo mortalium priùs eligere aut agere potest, quam diuina peculiari misericordia præueniatur, quòd sua quisque (post lapsum) concupiscentia ad malum trahatur. Vnde cùm dixisset APOSTOLVS: velle, inquit, bonum, adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio: & mox, Aliam sentio legem in membris meis repugnantem legi mentis, & captiuantem me in lege peccati, vt non quod volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum illud facio, subiecit: infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM: Quapropter vt ostēderēt nobis HIEREMIAS, quid libero arbitrio possimus, ait: Conuertatur vnusquisque a via sua mala, & dirige te vias vestras, & studia vestra. Qui cùm vires suas, & cor suum obstinatum cognouissent, vt sequi Dominum haud possent, sententiam

Lib. arbit.  
viatoris in  
quo confit  
sit;

Rom. 7.

Hiere.  
cap. 18.

F ij tentiam

*Hiere.*  
*cap. 10*

*Sapien.*  
*cap. 21.*

*Philp.*  
*cap. 2*

*Ioan. 6.*

*Sapi. 6.*

tentiam propofuere fuam dicentes: desperata  
res eft, ibimus poft cogitationes noftras, &  
quifque ex prauitate cordis noftri malefacie  
mus. Item: Scio Domine non eſſe hominis  
viam eius, neque viri vt dirigat grefſus fuos:  
a Domino enim ſunt grefſus viri. Simi-  
liter SAPIENS ſuis in prouerbijs ait: Quis  
hominum diſponet viam ſuam? totum ſe Do-  
mino tradet, atque ab eo pendeat, vt Deus no-  
bis ſuis mandatis acquieſcentibus inchoet &  
perficiat, quicquid aggredimur boni. Doce  
igitur nos Deus ſeruator noſter facere volun-  
tatem tuam, quandoquidem ſine te nihil nos  
poſſe facere, ingenuè fatemur: quoniam ex  
APOSTOLO quoque diſcimus, Operari  
te Deū omnium benignum patrem in nobis  
& velle & perficere, pro bona tua voluntate:  
cū ipſe CHRISTVS quoque, Nemo, in-  
quit, venit ad me, niſi pater meus traxerit eū:  
quia ne vnus quidem poteſt ad me venire,  
niſi fuerit ei datum a patre meo: quanquam  
Chriſtiane lector, minimè violenta ſit illa  
tractio, ſed naturæ humanæ conueniens: Di-  
ſponit enim Deus omnia ſuauius: vnde or-  
tum eſt illud Theologorum axioma: Deum  
cum cauſis



cum causis secundis cooperari secundum harum naturam: Non igitur quouis assensu, sed assensu libero delectatur Deus. Præterea CHRISTVS ad suæ bonitatis naturam respiciens, eiusdem naturæ capacem facere voluit rationalem creaturam, quod sine arbitrij libertate fieri potuisse haud concedimus.

Nam etsi constituiisti domine rex coeli & terræ terminos eius, qui præteriri non poterunt: liberum tamen hominem reliquisti semper: quoniam docet Iob, cōstitutam esse vnicuiq; hominum suæ vitæ periodum, quam possit, quantum ex Deo est, perficere, atque eius terminum attingere, tametsi ad eum vix centesimus, aut millesimus quisque perueniat. Ita licet constitutum vitæ terminum neminem posse prætergredi fateamur, posse tamen citrà subsistere, & vitæ filum, aut præfixum sibi terminum abrumpere, asserimus: quia Deus ijs, vt viuant, vitæ periodū constituit, et cōstituta sibi periodo, vitæ cursus, gratiæ, glorięque animæ, possit quisq; si recte vixerit, vtriusq; terminū attingere, quæ quod non assequantur, eis a Deo nō euenit, sed a seipsis. Porro autem præcipitur in **CONCILIO TRIDENTINO**, vt,

F iij hominem

hominem per suum liberum arbitrium, inspirationem diuinam & acceptare et sequi posse, sentiamus, his verbis: Si quis dixerit, liberum arbitrium a Deo motum & excitatum, nihil operari consentiendo Deo excitanti et vocanti, vt ad iustificationis gratiam se disponat, atq; præparet, neque posse dissentire, sed velut in anime quoddam nihil agere, mereque passiuè se habere, anathema sit. Cæterum CLEMENS ALEXANDRINVS hortatur Gentiles dicens: si quis pœnitentia ductus fuerit, verbum lubens ac sua sponte sequens, homo Dei efficitur. Et paulò post ait: An non absurdum, o amici, Deum quidem nos semper adhortari ad virtutem, nos autem recusare vtilitatem, & differre salutem? Denique quum homo vult bonum, fateatur habuisse, posse, & velle illud gratis a Deo, ac propterea ei se deuinctum agnoscat: quum verò vult malũ, partim diabolum, partim carnem accuset suam, imò potiùs seipsum: ne cum ADAMO dicat, Mulier, quam dedisti mihi, decepit me: quasi in sociam, authoremque naturæ culpam transfundens. Vult enim quisque sua sponte peccare, & secum statuit adulteria committere,

mittere, voluptatibusque & delicijs sese exple  
 re, & aliorum violare matrimonia, ac bona,  
 tum animæ, tum corporis multorum dissi-  
 pare. Quibus & similibus constanter APO-  
 STOLI aiunt: quoniam repulistis Dei do-  
 na, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce  
 conuertimur ad eos, quos in fide & charitate  
 CHRISTI victuros speramus semper: certis-  
 simum est enim, quòd neque admirabilem di-  
 uinorum contemplationem, neque amorem  
 supremum & plane diuinum capere poterit  
 anima iniqua, si in eis discendis intus repugnet  
 incredulitas, & in seruandis diuinis præceptis,  
 impetu propriæ libidinis ipsa succumbat vo-  
 luntas. Sub te enim, ait Dominus, erit appeti-  
 tus tuus, et tu dominaberis eius. Vnde ille præ-  
 dicatur beatus, qui cum potuerit mandata trās-  
 gredi, non est transgressus: Nam si ea trans-  
 gressus sit, perniciosi hominis nomen iure ob-  
 tinet. Ex quibus perspicuum est, voluntatem  
 simpliciter nunquam quicquam voluisse ne-  
 cessariò, neque coacte, quàmuis illud quod  
 vult, quàm diu vult, non velle nō possit. Illud  
 igitur ARISTOTELIS pronunciatum, *Arist.*  
 Omne quod est, quàm diu est, necesse est esse,  
 F iij intelligatur

Actu 13.

Genes. 4.

Voluntas  
nec cogi-  
tur, nec ne-  
cessitatur.

intelligatur, non quidem quod necessario sit, sed quod non potest non esse, quàm diu est: quidquid enim est, quam diu est, naturam sui esse perpetuò sibi retinet, idcirco licèt contingens iã sit terminatum ad vnum, semper tamè retinet sibi naturam contingentis. Necessarium absolutè est ad vnum terminatum, contingens verò ad vtrumlibet: Quapropter voluntarium hominis viatoris, de quo disputatur, ideo voluntarium est, quia ad vtrumlibet est liberum. Quo circa sacratissima Louaniensis Theologorum facultas, cui ego quoque licèt indignus, adscribor, articulo septimo docuit, certa fide tenendum esse, hominem liberum habere arbitrium, quo malum à bono discernere possit, & cum Dei adiutorio bonum agere, & post mortale peccatum admissum, adiuuante Deo, pœnitere, ac peccatorum remissionem consequi.

est illo  
 • ipso  
 • in  
 • Aduersus  
 dicta ar  
 guunt Pe  
 lagiani

Instabit autem rursus aliquis ex Pelagianorum fortè numero dicens superuacuum debere censei peculiaris gratiæ auxilium, semel a Deo Optimo Maximo concessa, tum creando, tum redimendo humanæ naturæ, vel obtemperandi,

temperandi, vel non obtemperandi libertate. Nam vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, ideo plus meruit nobis Christus, quã perdidit ADAM. Neque enim intelligi potest esse aliquid in nostra potestate, & tamen, vt id præstare valeamus, ab alio nobis expectandũ esse auxiliũ: hæc illi. Essent profecto hæc argumẽta ad excludenda gratiam efficacissima, si natura humana in sua integritate permanisset: nunc verò viciata natura peccato primi parentis, & ob id labefactata libertate, quid tandem est absurdi, si dicamus, nos ad obseruanda præcepta diuina, egere quodam nouo gratiæ beneficio? Condiderat enim nos Deus gratuita sua benignitate, ea fide, ac iustitia præditos, vt absque alio adminiculo particulari facilè potuissemus eius voluntati plenè obtemperare: Sed ea tamen voluntate libera nos ita condiderat, vt si data potestate in deteriorem potiùs partem abuteremur, beneficia ipsius nobis, ac posteris nostris protinus adimerentur, atque vt deformata pulcherrima Dei imagine, naturaque nostra mille modis saucia, non possemus nisi humanissimi Samaritani

vinum

ROM. 5.

Argumentum  
torum so-  
lutio.

Luc. 10  
7. 100

admiranda  
solimur  
cui

vinum & oleum vulneribus infundentes, beneficio pristinam sanitatem recuperare. Quñ ea quoque lege nobis, in hoc etiam statu post reparationem, pristinam confirmavit libertatem, vt si rursus immemores accepti beneficij mortali aliquo crimine corruissemus, obesset quidem nobis solis culpa, sed tamen non possemus, violatæ iam naturæ viribus, sine nouo (sicuti diximus) peculiari auxilio, a peccatis resurgere. Nam quando vsus alicuius potentia aliunde pendet, quàm ab ipsa potentia, tunc effectus non potest haberi solùm a potentia: vt patet de potentia visiuâ, quæ non potest in actum suum exire sine lumine medio, & obiecto proportionaliter disposito, similiter vsus liberi arbitrij ad bonum supernaturale, quia pendet à gratia, non potest sine ea haberi: nemo igitur sine gratia Dei, quam paratus est ipse omnibus conferre hominibus, a peccatis potest resurgere suis. Idcirco beatus AVGVSTINVS libro. 3. de lib. arbit. cap. 19. in hunc modum scripsit: Rectè enim fortasse quærentur, si erroris & libidinis nullus hominum victor existeret: cum verò vbique sit præsens, qui multis modis per creaturam sibi domino seruientem

seruientem auersum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem exhortetur, conantem adiuuet, exaudiat depræcantem: non tibi imputatur ad culpam, quòd inuitus ignoras, sed quòd negligis quærere quod ignoras, neque illud, quòd vulnerata membra non colligis, sed quòd volentem sanare contemnis. Nulli enim homini ablatum est scire vtiliter quærere, quod inutiliter ignorat: & humiliter cõfitendam esse imbecillitatem, vt quærenti, & confitenti ille subueniat, qui nec errat dum subuenit, nec laborat. Cùm igitur euenit id, quod minimè euenire debuit, vt diuinum præceptum transgrediamur, tunc accipimus in vniuersa nostra natura sancitum a lege diuina vulnus, & nunc aliqui ex nobis per **CHRISTVM** recreati atque iterum cadentes, nouam semper medici manũ atque opem expectare debemus, quæ & peccatum dimittit, & gratiam confert, quod est gratiã **CHRISTI** superabundare delictum nostrum, & maiora tribuere nobis dona, quàm perdidit **ADAM**. Fieri quippe tandem nulla ratione potest, vt actu aliquando ad **CHRISTVM** conuertamur absque iudicio & electione, quæ potest

potest in actum exire suū, quod quidem fieri  
 2. Cor. 3 folius naturæ viribus negat APOSTO  
 LVS, cū ne cogitare quidem bonum (vt  
 oportet) libero tribuatur arbitrio post Adæ  
 lapsum. Ex quibus quidem APOSTOLI  
 verbis, & alia quædam opinio non procul a  
 Obferua priore dissidens, euertitur. Sunt enim qui-  
 dam, qui cū legant in scripturis, dilectio-  
 nem nostram aliquando præcedere remissi-  
 onem peccatorum, & quia Prophetæ inter-  
 dum nos iubent nostras proijcere iniquita-  
 tes, & facere nobis cor nouum & spiritum  
 nouum, atque ad Deum conuerti, si modò  
 Deum quoque velimus conuerti ad nos, &  
 putant, opera quidem moralia, (quæ sunt libe-  
 ri arbitrij & vniuersalis auxiliij) habere imme-  
 diatum ordinem ad gratiam, quæ ad detestati-  
 onem peccatorum requiritur: opinantur con-  
 uersionem nostram a nobis oriri, & proinde  
 nobis acceptam esse ferendam, Deum autem  
 dumtaxat gratiam largiri, posteaquam eam  
 iam reuëra voluimus & quæsiuimus, quasi  
 verò prior illa voluntas non sit a Deo, & pri-  
 us non pulset ianuam conscientia nostræ, quã  
 vel nos aperiamus, vel ille admittatur. Sed  
 hæc opinio



hęc opinio simul cū ea, qua niti videtur, ratione, per hęc, quam attulimus Apostoli sententiam, perspicue refutatur. Si enim nō possumus cogitare quicquā ex nobis quasi ex nobis, sequitur profectō, omnem nostrā bonā voluntatem & omne opus bonum procedere a gratia Dei: hęc est enim proxima, & efficiens causa bonorum actuum omniū: etsi opera poenitentiae gratiam iustificantem præcedant, ea tamen sunt effectus peculiaris gratiæ operātis in nobis omne opus bonū. Quāuis igitur euāgelica veritas doceat remissa fuisse foeminæ cuidā peccata multa, quia dilexit multum: tamen ipsius dilectionis, primū gratiam: deinde cū gratia cōiunctum liberum arbitrium, causam fuisse, statuendū est firmiter, vnde B. AVGVSTINVS plurimis in locis ait: Et si patres bonā nostram voluntatem præcedere Dei misericordiam afferuisse videntur, intellige tamen non omnem misericordiam, sed solū peccata remittentem. Dominius enim est, qui per scripturas in cordibus nostris intonat, vt ad se cōuertamur, atq; ideo ipse prior cōuersus est ad nos ad hortādos, ac stimulis quibusdā poenitentiae cōpūgendos, ꝑcepit tamen vt ipsi quoq; cōuertamur, &

mur, & iniquitates proijciamus nostras, atque cor & spiritum nouum nobis faciamus, vt ostēdat, nos quoque libertate nostra assentiri oportere illius inspirationibus, dum inquit ipse: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: & Pœnitemini, & conuertat se vnusquisque a via sua mala, atque, proijcite a vobis iniquitates &c. Nos autem sufficienter excitati & illuminati ad Deum accedimus, dicentes: Doce nos Domine facere voluntatem tuam: ac, Conuerte nos Domine, & conuertemur ad te, sine te enim nihil possumus facere: mane igitur nobiscum Domine, quoniam aduersperasit. Cùm verò peccata detestamur nostra, & ad æqualē, aut maiorem resurgimus gratiam, tota est Deo dirigenti, illuminanti, & adiuuanti laus tribuenda. Quàmuis enim in hac conuersione, & vita sequente conuersionem, necessarium sit etiam liberum arbitrium, idq̄, si partes suas agere recuset, impedire valeat effectum diuinorum erga nos beneficiorum: tamen quia omnia propè peragente gratia perpusillus laudis gradus est, quod libero arbitrio relinquatur, meritò salutis nostræ gloriam illi potius adimendam, atque cum Apostolo: in solo

in solo Deo ac cruce Domini nostri IESV  
CHRISTI collocandam esse, iudicamus,  
omne enim bonum Dei misericordia nobis  
euenit.

Cæterùm illa ipsa liberi arbitrij actio,  
qua salutem oblatam repudiamus, perdi-  
tionis nostræ culpam a Deo prorsus re-  
mouet, ac reijcit in nosmetipsos. Vitan-  
dum enim nobis est, ne, dum vnum fugimus  
contrarium, incidamus in aliud: & quia salu-  
tem omnem Deo acceptam ferimus, ideo pu-  
temus etiam mortis causam ad Deum autho-  
rem, non aut in nos, esse referendam. Hac licet  
de re iam superiùs egimus, eã tamen nunc ite-  
rum paulò exactiùs tractari, expedire putau-  
mus. Quare, cùm vera bona ab eo proposita  
non cõsideramus, amamus, suscipimus, sed fal-  
sorum bonorum specie capti, in omne genus  
ruimus flagitiorum, voluntati solùm humanæ  
adscribetur culpa, quòd vocati, illuminati, &  
adiuti gratiam neglexerimus, vt appositis qua-  
si coram nobis aqua & igne, manus nostras,  
neglecto spretoq; recte rationis iudicio, (etiam  
auxilio præueniente diuino) extenderimus ad  
id quod pstantius visum fuerit cõcupiscentiæ.

G ij      Idcirco

Idcirco beatus AVGVSTINVS inter Na-  
 bugodonozor & Pharaonem hoc esse discrimi-  
 nis cognoscit, quòd cùm ambo flagellis cle-  
 menter essent admoniti: alter manum Dei sen-  
 tiens, in recordatione propriæ iniquitatis inge-  
 muit: alter libero cõtra Dei misericordiam &  
 veritatem pugnavit arbitrio: Negare igitur  
 certè pudebit, iure perijsse hominem, qui Sa-  
 tanam potius quàm Deum sponte maluit se-  
 qui. Insuper gratia mouens & illuminans,  
 quæ homini, vt iustificetur, confertur, nec ma-  
 ior nec melioris conditionis est, quàm gratia  
 quæ iusto, vt in ea perseueret, datur: sed iustifi-  
 cati est sequi aut deserere illã à Deo oblatam  
 gratiam, ergo illius nempe iustificandi quoq;  
 erit, gratiosæ inspirationi & motioni diuinæ af-  
 sentiri, aut reluctari: hoc tamen libenter confi-  
 temur, solius gratiæ Dei esse, facere vt homi-  
 nem delectet, & ei innotescat id, quod aut late-  
 bat, aut non delectabat. Verùm hæc sufficiens  
 diuinæ inspirationis gratia, qua possit in De-  
 um conuersio fieri, licèt nec omnibus, nec sem-  
 per detur adultis, ijs tamen præcipuè datur,  
 qui ex animo, quod audiūt a Domino, discen-  
 tes, libere diuinis adhærent mandatis, illis au-  
 tem ali-

tem aliquando subtrahitur, qui audita respuen-  
 tes, carnis potiùs illecebris se dedūt: quorū alte-  
 rā gratia simul et libero arbitrio proficiscitur:  
 alterū a solo libero arbitrio: atque ideò meritò  
 isti a Domino deserūtur. Quapropter ipse do-  
 minus, per Prophetam, tum derelictionem, tū  
 eius causam reddit certam, dicens: quia vocaui  
 et renuistis, ego quoq; in iteritu vestro ridebo,  
 & tūc vocabunt & nō exaudiam, manē cōsur-  
 gent, et nō inuenient me. Similiter habet ESA-  
 IAS: vade, ait dominus, et dic filijs Israel, audi-  
 endo audite & nolite intelligere, & videte visi-  
 onemet nolite cognoscere, ex cœca cor populi  
 huius, et aures eius aggraua, et oculos eius clau-  
 de, ne fortè videat oculis suis, et auribus suis au-  
 diat, et corde suo intelligat, & cōuertatur, & sa-  
 nem eos. Hęc aut oīa esse peccati poenam, quis  
 nō videt, si sit mediocriter in doctrīa Pauli ver-  
 satus? qui tā aperte docet hoīes ī reprobū sensū,  
 propter peccata esse datos. Hoc igitur pro cer-  
 to quis habeat, quòd si cōtēpserit homo, iustè  
 a dño aliquādo sic dimittitur, vt deīde etiā cō-  
 tēnat, et se obduratū iueniat: si nō cōtēpserit,  
 vt etiā in posterū nō cōtemnat, credat se gratia  
 diuina (q̄ donū perseueratiē dicitur) esse adiutū

*Esaias*  
*cap. 6.*

*Rom. i.*

G iij      sed illud

sed illud, poena peccati est, vt docet PAV-  
 LVS: istud autem misericordiae Dei, volentis  
 omnem seruare hominem. Liberi enim erat  
 arbitrij, VT GRATIAE EXCITANTI  
 AD PRÆPARATIONEM SVS-  
 CEPTIONIS GRATIAE IUSTIFI-  
 CANTIS HOMO PRÆBERET  
 ASSENSVM, ET COOPERARE-  
 TVR. Non igitur queratur de Domino  
 Deo quisquam, sed ei gratias nunquam peri-  
 turas referat semper, cum dicere Deus possit  
 omnibus hominibus: Quid vestrae saluti ne-  
 cessarium fuit, quod voluntarie non spreui-  
 stis? In gratia enim creauit vos omnes, & in vi-  
 tam ordinauit aeternam, quam voluntarie aut  
 vos amisistis, aut protoplastus suo & vestro  
 quoque nomine amisit, vnigenitum Filiū me-  
 um vobis tradidi, & vos illum spreuistis, fla-  
 gellastis, & occidistis, ac quotidie eum deser-  
 tis errantes. Ex quo sequitur, quod deseritur  
 & relinquitur homo in manu consilij sui, vt  
 suum aggrauet, quādiu erit gratia destitutus,  
 cor semper. Quærat igitur Christiane le-  
 ctor, Dominus per poenitentiam, dum inueni-  
 ri potest, cum ipse homines ad se venire perop-  
 tet, inquitens:

tet, inquit: venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: tollite *Mat. 2.* iugum meum super vos, et discite a me, quòd ego sim mitis & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue: volo enim, volo (inquam) vos (ait Dominus) corrigere ad exemplar, vt sitis mihi quoque similes: vngam vos vnguento fidei, charitatis & spei ac iustitiæ: nudam ostendam figuram, per quam ad Deum ascendatis: Festinemus igitur o Religiosi & Dei uerbi similes, o homines filij Dei imagines festinemus, curramus, tollamus iugum eius, subeamus incorruptionem, pulchrũ duces hominũ CHRISTVM diligamus. Quòd si humanissimum dominum omnibus modis nos perpetuò allicientem sequi uolumus, consequemur profectò finem, ad quem ab æterno nos prædestinauit: cernemus sine dubio præclarissimam illam uitæ æternæ hereditatem, cuius bona neque oculus uidit, neq; auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt: sin minus, (quod Deus prohibeat), nos quidem sine nostro priuati, in æternas detru demur miseras, sed tamen uoluntas eius (sicuti

*1. Cor. 2.*

G iiii superius

superiùs exposuimus) legis latiua, per quam omnes, quos intellexit futuros rebelles, sempiternis addixit supplicijs, suo non carebit effectu. Nam quemadmodum mittit Deus de coelo in omnem terram imbrem, niuem, & glaciem, quæ illuc vltra, absque fructu non reuertuntur: ita & verbum iuxta PROPHE- TAM, quod ex ore eius egreditur, vacuum ad ipsum Deum haud reuertitur: perpetuò namque aut in misericordia sua, aut in iustitia commendabitur Deus, cum eos beat, qui CHRISTVM sunt sequuti, eosque, qui suam sunt amplexi carnem, meritissimò cõdemnat, Atq; vt cautiores efficiamur in retinenda gratia diuina quã dñs nobis sua benignitate largitur, oportet meminisse (id quod dictũ est etiã superiùs) Deum quidem oĩbus volentibus sine dubio gratiã largiturũ: sed tandem illis, qui eã vel sepius aspernãtur, vel post acceptã iterũ atq; iterũ in peccata prolabũtur, aliquãdo fortẽ ita eã subtrahere, vt nulla reliquatur illis via (re ipsa, nõ aut potestate) qua ad priorẽ innocentiã redeãt (vt B. Augu. placet in lib. de perfecta iustitia) imò ex quibusdam frequentatis peccatis, in alia ex alijs sepe numero incidũt peccata, subterius propter

Obserua

2. 70. 1



propter quæ, quosdam tradidit Deus, PAV-  
LI testimonio ad Rom. 1. in reprobū sensum,  
quia gloriam Dei, siuè ea quæ pādunt Deum  
verè gloriosum, ipsi attribuerunt Idolis, videli-  
cet creationem rerum, gubernationem &c.  
Idcirco haud severo, sed iusto iudicio tradidit  
illos Deus in fœdas cupiditates, non quidem  
in eas protrudendo eos inuitos, sed permitten-  
do eos sponte sua illuceuntēs in illas ruere, de-  
stituendo eos beneficio gratiæ suæ, quò concu-  
piscencias intus mitigarent, quò & occasiones  
ipsas cupiditatem inflammantes arcerent, imò  
subministrando eis oportunitatem et occasio-  
nem, ad quas ipsæ concupiscenciæ ardentius  
erant inclinandæ, vt ducantur, & trahantur.  
Tradidit ergo eos vt cedāt desiderijs, quæ sug-  
gerit cor corruptum ex peccato originali, aut  
actuali: denique facultatem habeant ea opere  
perficiendi, quæ pœna quidem est & supplici-  
um. Quod autem AVGVSTINVS cōtra  
Iulianum lib. 5. cap. 3, Et rursus de Gratia & li-  
bero arbitrio capite 21. scribit, Deum tradere  
peccatores in praua desideria, non solū dese-  
rendo, sed compellendo & inclinando volun-  
tates illorum in malum, intelligendum est,  
non quasi

non quasi velit, Deum irrogare, vel immittere malitiam, sed quòd iusto iudicio vindicans, non solùm nō apponit gratiam, qua cohibeantur malę voluntates, sed parit etiam occasiones & offendicula, ad quę grauius impacturę sunt, suo tamen vitio: videlicet vertentes occasiones, quibus emendari debuerant, in occasiones peccandi, sicut in Pharaone videre licet. Aut quia voluntatem ex se inclinatum ad malum flectit, vt in certos homines suam malitiam exerceat, sicut præcepit Semei, vt malediceret Dauid. Quod autem non senserit **AVGVSTINVS**, Deum esse authorem malarum voluntatum, in illis ipsis locis, quibus sententias illas posuit, manifestis verbis expressit: Facit, (inquit) miris & mirabilibus modis, qui nouit, iusta iudicia sua, non solùm in corporibus hominum, sed & in ipsis cordibus operari, qui non facit voluntates malas, sed vtitur eis (intellige a se ipsis factis malis & peruersis) vt vult: voluntarię ergo peccantes, iustę a Deo relinqui merentur, qui dignos se præbuerunt, quibus cor obduretur. Inter cæteros autem illi sunt omni cæcitate dignissimi, qui tam perniciosę viuunt, vt, se ab erroribus auxilio

2. Reg.  
cap. 16.

Lib. 5.  
Cap. 3.  
cõt. Iul.

diuino reuocari posse, non credant. Non tamen omnes hoc modo relinquit Deus, sed ineffabili sua misericordia nō paucos, dignos, qui relinquerentur, iterum erigit, in quo potissimum casu, locum habet quod ait PAVLVS: Quem vult indurat per iustitiam: peccatum enim est causa meritoria, quare Deus vult iustè Iudam indurare & damnare: nam ante peccatum Iudæ, Deus nunquam huiusmodi habuisset voluntatem: & cuius vult, miseretur per gratiam. Nec tamen hac de causa bonitas diuina meritò potest a quoquā vocari in ius: Nam sicuti toties, inquit AVGVSTINVS, habent aliqui, quod gratias agant Dei bonitati, per quam indebitam consequuti sunt misericordiam: non habent alij quod conquerantur, si debitam patiuntur iustitiam. Cùm ergo in tantum nos periculum conijciat peccandi consuetudo, summa profectò sollicitudine cauere debemus, vt non sit irritum in nobis gratiæ diuinæ beneficium, atque eò magis, quòd, quàmuis posita in hac miserrima conditione, cū videlicet destituti sumus gratia Dei, non possimus liberi arbitrij viribus peccata nostra detestari, atque ad Deum nos conuertere: tenemur

Obserua

tere: tenemur tamen omnia diuina seruare mā data, & perinde daturi sumus poenas cuiuscunque transgressionis, ac si in nostra potestate fuisset exactissimè eam vitare. Hęc est enim iustitię diuinę iustissima lex: hęc est poena impietatis contumacię ac ingrati tudinis, vt propter priora scelera nobis imputetur id, quod per nos tantum præstare nõ possumus, vt propter contemptam gratiam illa penitus adimatur, sine qua nihil omnino facere, imò ne cogitare quidem, postremò ne dicere quidem (Domine Deus), valemus. Magna ergo gratię vis, & magnis precibus a Domino perpetuò imploranda, ac omnibus nostris viribus semper conseruanda & retinenda. Est quidem voluntas nostra sua natura libera, atque ex æquo vtrumque oppositorum intuetur: sed desituta (sicuti diximus), gratia nunquam neque volit, neque efficit bonum Domino gratum: Nam perinde se habet atq; aqua, quę etsi possit absolute coquere, non tamen suis viribus, sed ab igne adiuta, coquit. Similiter oculus etiã perfectissimè sanus, licet potentiam videndi habeat, non tamen videt absque obiecto disposito, & lumine medio: quandoquidem ope-  
ratio

ratio visuę potentię aliũ de pendet, quã ex potentia, non igitur potest aliqua haberi operatio ex ipsa sola potentia: verũ, nos absolutẽ ea posse, q̃ per amicos possumus, ex Aristotele discimus: quia operatiõis principiũ, iquit ipse, in nobis est. Operæ pretiũ est ergo, vt intelligant oēs qui Christianẽ viuere volũt, quòd, nisi magnis vt dixi, p̃cibus gratia implorata, in nos descendat, nequicq̃ terrenę labis, & mundani corporis omnes vincẽre conabimur errores, cũ nos illis ad resistendum pares, nõ liberi arbitrij, sed Dei solũ facere possit auxiliũ. Propterea docet B. AVGVSTINVS, quòd sicut oculus corporis etiã perfectissimẽ sanus, nisi cãdore lucis adiutus sit, non posset rectẽ cernere: ita homo etiã plenissime iustificatus, nisi æterna luce diuinæ iustitię adiuuetur, non posset recte viuere. Quã obrem clamat REGIVS ille PROPHETA, Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neq; despicias me Deus salutaris meus. Et alibi Euãgelista LVCAS, Mane, ait, nobiscũ Dñe, quoniã aduesperascit. Nam si nos dñe in tẽpore senectutis proieceris, vt cũ defecerit virtus nostra, tua destituamur gratia, haud dubie peribimus: necesse est enim, VT QVO  
H AVXI.

*Arist. 3  
Ethic  
cor.*

*Lu. 24*

AVXILIANTE VINCIMVS: EO  
ITERVM NON AVXILIANTE,  
VINCAMVR. Ideo Domini imploretur  
auxilium semper, ne nos derelinquat in tentati  
ne, sed ab omni potius perpetuo liberet malo.

Præterea operæ præmium esse, hoc loco iu  
stificationis summam breuiter annectere, arbi  
tratur: si & nos, aliosque homines omnes ni  
hil aliud, quam Ecclesiæ sanctæ & columnæ  
veritatis normā velle sequi, magno afficimur  
desiderio: quandoquidem Ecclesia catholica  
a Spiritu sancto recta, primū necessum esse  
docet, vt hoc redemptionis donum nobis pla  
nè de cœlo delapsum fateamur, dicente Apo  
stolo, Apparuit benignitas et humanitas salua  
toris nostri Dei omnibus hominibus: erudiēs  
nos, vt abnegātes impietatem, piè viuamus, be  
atāq; vitā expectemus per Christū: ideo non  
ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed se  
cūdam suam misericordiā saluos nos fecit, per  
lauacrū rēgenerationis & renouationis Spiri  
tus sancti, quem effudit in nos abundè per IESUM  
Christū saluatorem nostrū, vt iustificati  
gratia eius, hēredes simus secūdū spē vitę æter  
næ. Et alibi. Et vos cū essetis mortui delictis et  
peccatis

Tit. 2.

peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae: in quibus & nos omnes aliquando cōuersati sumus in desiderijs carnis nostrę facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij irę, sicut & cæteri. Deus autem qui diues est in misericordia, propter multā charitatem suā qua dilexit nos, cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati & conresuscitauit, & confedere fecit in cœlestibus, vt ostenderet abundantes diuitias gratiæ suę in bonitate: similiter hoc donum alibi ipse declarat Apostolus dicens. Et vos, cū mortui essetis in delictis & præputio carnis vestrę, conuiuificauit, cum illo donans omnia delicta, delens quod aduersus nos erat Cyrographum decreti, quod erat cōtrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus & potestates, confidenter palā triumphās illos in semetipso. Docent præterea patres Orthodoxi ac sacra cōcilia omnia, principium nempe iustificationis nostrę, nostręque salutis initiū, Deo miserāte haberi.

Eph. 2

Colo. 2

H ij Diuinæ

Diuinæ autem acquiescere inspirationi, nostræ  
 voluntatis esse, vt Augustinus de prædestina-  
 tione & gratia cap. 9, inquit, Inter se atque ho-  
 mines Deus tempora officiaque distribuens,  
 ordinauit, vt vocatione ipsius bonorum prin-  
 cipia sumeremus: vocati autem atque illumi-  
 nati, vias mandatorum eius boni iugenij intel-  
 ligentia nosceremus, & eas libero vel eligere-  
 mus, vel relinqueremus arbitrio. Insuper cum  
 audis, Christiane lector, Apostolos (quos fre-  
 quenter imitantur Patres Orthodoxi) varios  
 iustificandi modos præscribentes, eo intelli-  
 sensu debent, quo perpetuus catholicæ Eccle-  
 siæ sensus docuit, & expressit, Iustificantur igitur  
 plenè impij misericordia Dei, Christi me-  
 rito, charitate, fide, libero arbitrio, et operibus:  
 primùm enim gratis iustificamur, quia nihil  
 eorum, quæ ipsam præcedunt iustificationem,  
 siue fides, siue opera gratiã iustificantẽ prome-  
 rentur, dicente Apostolo: Gratia saluati estis,  
 & hoc non ex vobis, Dei enim donum est: nõ  
 ex operibus meritorijs, ne quis gloriatur, licet  
 hominibus spiritum Domini accipientibus in-  
 sit libertas (vt Aug. lib. 3. Hipognocticõ docet)  
 ad capeffenda domini præcepta: quia vbi spiri-  
 tus domini,



tus Domini, ibi libertas. Idcirco si & gratia & libero arbitrio peragit iter fidei, hoc sine dubio liberum donū Dei fecit: hinc Propheta, Dirige (inquit) Domine rex cœli & terræ in conspectu tuo viam meā: a Domino enim gressus hominis diriguntur. Itaque nec liberum arbitrium sine gratia, nec gratia sine libero arbitrio facit hominem vitam possidere æternam, (quāuis paruulos liberi arbitrij vsu carentes fœlicitat Deus et beat) Eos enim, qui ratione vtuntur, vt bonum velint & possint, præuenit ac docet, quando quidem aperuit Deus cor Lydiæ purpurarię, vt audiret ea que dicebantur a Paulò. *Act. 16* Similiter duorū discipulorū in Emaus euntiū saluator noster aperuit sensum, vt intelligerent scripturas: beatus igitur ille homo erit (docet Propheta regius) quem tu erudieris Domine, *Isai. 54* & de lege tua docueris eū. Quapropter variij iustificationis modi, secūdū causarū diuersitatem, vix aut nullo pacto sine distinctiōe intelligi possunt. Ideo per solū Deū omnium patrem vnicā causā operātem & efficientem iustificamur: docente Apost. Si Deus est qui iustificat, *Rom. 8* quis est qui cōdemnet. Rursus Deus est qui iustificat circūcisionē ex fide, et p̄putiū per fidē. *Rom. 3*

H iij Præterea

Præterea per solum Christum iustificamur meritoriè, ad cuius dignitatem tantùm respicit

*Rom. 3* Pater, ut nos iustificet: ipse enim Christus solus satis promeruit, dicente Apostolo, Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo IESU, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ suæ in hoc tempore, ut sit ipse iustus, et iustificans eum, qui est ex fide IESU CHRISTI: & paulò

*Ro. 4.* post: Traditus est propter nostra delicta, & resurrexit propter iustificationem nostram. Similiter iustificamur sola charitate, formaliter quidem et propriè, cum illa sola det vitam fidei, spei, & nostris operibus, unde PETRVS

*1. Pe. 4* clamat. Caritas operit multitudinem peccatorum. Rursus, sola fide nos iustificari, certum est, apprehensivè: quia fides est humanæ salutis fundamentum, & omnis iustificationis initium: quum per eam fidem apprehendimus iustitiam CHRISTI, cognoscendo in quo nostra consistit iustitia. Item solo libero iustificamur arbitrio, dispositivè, vel præparativè, in

quantum

quantum est ex parte subiecti, auxilio præuen-  
 ti diuino. Idcirco docuit Sapiens ille, hominis  
 esse præparare cor. Insuper instrumentaliter  
 quoq; sacramentis solis iustificamur, monente  
 Apostolo, Sed abluti estis, sed sanctificati estis, *1. Cor. 6.*  
 sed iustificati estis, quod cõfirmat PETRVS,  
 inquit, diebus Noe, paucas. i. octo animas  
 saluas factas esse, cui nunc quoque simile Bap- *1. Pe. 3.*  
 tisma nos saluos facit: didicerat enim ipse hoc  
 ab ipso CHRISTO, qui dixit, oportet nos na-  
 sci denuo, siue superne vt Græci legunt, sed *Ioan. 3.*  
 quomodo hæc noua natiuitas? subiungit, nisi  
 quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto,  
 non potest introire in regnum Dei, ideo suos  
 in vniuersum mundum mittens Apostolos,  
 inquit, Euntes baptizate omnes: qui crediderit  
 et baptizatus fuerit, saluus erit. Demũ augmen-  
 tatiue nostris etiã iustificamur operibus, hoc  
 est, augmentũ iustificatiõis acquirimus: nunq̃  
 enim augeretur gratia, nisi operaremur, hinc  
 dictum est Apo. 3. Qui iustus est, iustificetur  
 adhuc. Hinc patres orthodoxi, hominem,  
 fide quæ per dilectionem operatur, iustifi-  
 cari asseruere, aduersus nostri temporis hæreti-  
 cos, vulgo persuadentes, nos quidem sola fide

H iij ~~~~~ plene

plenè iustificari. Quapropter lectores Christiani humanissimi, vobis persuasum esse peroptamus, iustitiã aliter a Deo, aliter per Christũ, aliter per gratiã & charitatem, aliter per fidem, aliter per liberũ arbitrium, atq; aliter per opera nostra ad hominem iustificandum pertinere: Demum Deo Opti. Max. quàm pluri-  
 mas referamus gratias: libero enim nostro arbitrio, nisi gratia Dei iuuemur (sicuti Cælestinus Pontifex. 43. à beato Petro, quo tempore **AVGVSTINVS** extitit in epistola ad Episcopos Gallie testatur) infidię diaboli vitari nõ possunt, quia Adam omnes homines læsit: neminem igitur per liberũ arbitrium posse cõsurgere, nisi eum gratia Dei erexerit, & neminem esse bonum suis viribus, nisi participatiõne eius, qui solus est bonus, asserimus: quapropter necesse est, vt per **CHRISTVM** libero bene nostro semper vtamur arbitrio: nã gratia Dei nõ ob id solũ quòd peccata dimittit, confertur nobis, verumetiam quia adiuuat ne committatur: & prestat, vt lex impleatur tota, nõ qua facilè (sicut Pelagius ait) quasi verò sine gratia Dei quiuis possit, sed difficile possit exurgere a peccato.

Cæterũ

Cæterum quia præcipuum opinionis nostræ fundamentum situm est in libertate arbitrij, quam non posse simul stare cum gratia diuina quidam arbitrantur, ideo necessariò nobis demonstrandum est, neutrum ab altero eueri, sed vtrumque potiùs ab altero confirmari. Confitemur ergo libenter, quod etiam per gratiam suam Deus efficit & dat nobis, vt quod verum est atque bonum, intellectus quoque tale iudicet. Quod autem voluntati, vt bonum, ab intellectu offertur, ea illud aut sequitur, aut non potest oppositum velle, quàm diu bonum sub omnimoda ratione boni ostenditur ipsi voluntati, cum bonum naturale sit ipsius obiectum: Dicimus tamen eam ipsam voluntatem, vt infra latiùs declarabitur, a concupiscentia plerumque superari, atque ideo illud verè sequitur, quod toties repetit **AVGVSTINVS**, gratiam scilicet confirmare liberum arbitrium, non tollere. Præterea in libro **Tobia** habetur, non esse in hominis potestate consilium domini, quod sic esse accipiendum putamus, non, quin possit per liberum arbitrium, consilium Domini ab homine dimitti, sed vt ipsum detur homini, quoniam tum Domini  
consilio

Gratia est  
 firmatio  
 græ, quam  
 impedit li  
 bertatem  
 arbitrij

confilio, tum eius mandato adhibitis, restite-  
 runt Spiritui sancto Israelitæ: Deus enim sic  
 per gratiam suam in nobis operatur, vt potiùs  
*Tob. 3.* perficiat naturam liberam quàm destruat. Ve-  
 rùm hoc pro certo (vt in eodem dicitur li. To-  
 biæ) habeat omnis qui te colit, quòd vita eius,  
 si in probatione fuerit, coronabitur: si autem  
 in tribulatione, liberabitur, & si in corruptio-  
 ne, ad misericordiam tuam venire liberè lice-  
 bit, intellige, peculiari gratiæ auxilio præueni-  
 ente. Ob quam rem diuus PAVLVVS  
 haud absolutè negat sufficientiam hominis ad  
 bonum Deo gratum, sed dumtaxat antequàm  
 præueniatur homo diuino auxilio particula-  
 ri. Ex quo sequitur, habere hominem ad bo-  
 num sufficientiam, nimirum posse & velle bo-  
 num, gratia tamen Dei perpetuò cooperan-  
 te. *2. Co. 3.* Atque hoc est quod docet APOSTO-  
 LVVS, nō esse nos sufficientes, quasi ex nobis,  
 nempe vt nobis sufficientia nostris viribus in-  
 sit, sed sufficientia quæ nostra est, nostraque di-  
 citur, ex ipso Deo est, qua detestamur peccata  
*Cap. 6.* propter Deum, secundum illud sapientiæ: Ho-  
 minis est præparare corda, Et lib. REGVM:  
*Cap. 8.* Præparate corda vestra, &c.

Quibus

Corollar:  
ex quo in-  
telligitur,  
quid in  
bonis no-  
stris ope-  
ribus sit  
Dei, & qd  
nostrum.

Quibus constitutis, firmiter, imò fide tenendum esse docemus, facere nos posse & velle bonum supernaturale, ab ipso Deo esse, qui solus operatur in omnibus posse & velle bonum. Cùm verò possumus, volumus, & operamur, in bonis operibus nobiscum cooperatur ipse. Non enim ego operor, inquit, PAVLVS, sed gratia Dei mecum. Quoniam Deus est, qui gratuita sua bonitate primùm operatur in nobis velle sine nobis: deinde operatur etiam perficere, dum nobiscum volentibus, (qui tamen iam & velle & non velle possumus) in finem vsque cooperatur: nam licet homo habeat velle et facere, non tamen habet vel potest facere se velle, & facere quod suæ conuenit salutis: Nihil enim boni habet homo, quod non acceperit a Deo: nec venit quisquam ad CHRISTVM, nisi tractus a Patre: ita tamen, vt aliquando is qui trahitur a Patre, trahentem ad CHRISTVM non sequatur. Nihil enim penitus aduersus nos habent, qui perpetuò nobis hunc locum obijciunt. Neque enim retrò valet CHRISTI sententia, vt necesse sit, quemcumque Pater trahat, eum etiam ad Christum protinus venire: conuertitur

Ioan. 6

uertitur enim illud CHRISTI axioma. Omnes enim qui veniunt ad me, sunt a Patre tracti, in hunc nimirum modum, Aliqui ergo ac soli tracti a Patre, veniunt ad CHRISTVM. Vniuersalis enim affirmatiuæ bona cõuersio, tãtùm fit in particularem affirmatiuam. Nam sicut non sequitur, nemo est homo nisi sit animal: ergo omne quod est animal est homo. Ita nec infertur: nemo venit ad me, nisi sit a Patre tractus, ergo omnis, qui trahitur a Patre, venit ad me, Sed rectè sequitur: ergo aliquis a Patre tractus, vel ille solus, qui trahitur a Patre, ad CHRISTVM vadit. At ne quis miretur posse aliquem à Patre trahi, qui non sequatur, is intelligat appellatione tractus, non violentam quandam motionem (quia nil magis repugnat patri, qui suauiter omnia disponit ac moderatur, nihilque magis aduersatur animo nostro, qui non potest hoc modo impelli) accipi debere. Cùm igitur trahentem audimus Patrem, solùm intelligimus omnes siue internas, siue externas rationes, quibus Dominus vtitur, vt voluntatem eius cognoscamus, vt in eius obseruatione foelicitatem, in contemptu æternam esse miseriam positam, nobis persuadeamus,



deamus, ita tamen, vt his auditis, liberum nobis relinquatur illis non assentiri. Nemo autem inficiabitur esse plurimos, qui (cùm illis hoc modo & intus & foris annunciatum sit verbum Euangelicum) Spiritui sancto resistentes, nolint sequi hoc modo trahentem Patrem, siue (quod idem est) qui sic auditam doctrinam Patris addiscere, retinere, atque apprehendere recusent. Hoc meritò reprehendit IOANNES EVANGELISTA, & apertè docet, haud sufficere a Patre audire, vt ad CHRISTVM accedamus, sed necesse est, præterea discere, apprehendere, & retinere doctrinam Patris, eiusque voluntati obtemperare. Nam solùm obseruantibus verbum diuinum, cuncta ad votum succedere asserit CHRISTVS apud eundem IOANNEM: qui quidem CHRISTVS, et si verbum suum docuit omnes homines, sicut & omnem illuminat hominem: nō tamen omnes verbum Dei intelligunt, qui audiunt illud: Nam propriè audire Dominum, re & verbo est obsequi voluntati ipsius: leue etenim esset accommodare aures et mentem, nisi obtemperaremus volūtati diuinæ, idq; accide-

I ret quod

Cap. 6

Cap. 15.

p. 953

ret quod in prouerbio dicitur: Afini auri-  
 bus annuunt: Deus namque ex animo au-  
 diri vult, ideo potiùs obedientiam quam audi-  
 entiam probat: meritò igitur eorum iniquitas  
 magis est detestanda & flagris asperioribus  
 digna, qui Deum vocantem internè, aut  
 propiùs inuitantem per Prophetas, contem-  
 nunt ac despiciunt: quapropter eos magis iu-  
 stè Dominus accusat omnes, quàmuis longè  
 minùs excusabiles sint, qui admoniti re &  
 verbo fùerunt, quàm illi, ad quos nulli  
 Prophetæ missi fuerunt: nam & si hi ignoran-  
 tiæ excusationem nulli hominum obtende-  
 re possint (omnes enim ex quo ratione vti  
 incipiunt, sunt re, hoc est intrinsece; seu  
 arcana reuelatione Spiritus sancti admoni-  
 ti) tamen multò minùs illi, quibus ver-  
 bum Domini annunciatur: grauem igitur  
 præ alijs condemnationem sustinebunt, quo-  
 niam cognitio legis operatur iram: quan-  
 doquidem inexcusabiliores eos, qui iam au-  
 diuerunt, reddit: Idcirco ait Dominus per  
 ESAIAM: aspexi, nec erat auxiliator, & ad-  
 miratus sum, nec erat qui fulciret: itaque  
 salutem mihi fecit brachium meum, & ira  
 mea ful-

Rom. 2.

Cap. 6;

mea fulciuit me. Ideo hi meritò beati pronunciantur, qui custodiunt, & non, qui tantum audiunt verbum Domini: quod qui dem verbum si secus viam, aut in petram, aut inter spinas, aut in terram bonam ceciderit: id certe fit voluntatis humanæ, non Dei feminantis culpa, vt à prætereuntibus conculcetur, vel natum statim aruerit, vel suffocetur spinis: quod autem aliud fructum centesimum, aliud sexagesimum, aliud verò trigesimalum afferat, tum feminantis bonitate, tum terrarum dispositione fit. Quare licet fides sit ex auditu, sicuti Apostolus testatur, non tamen ex auditu solum, qui communis est pijs & impijs, sed ex prompta quadam atque beneuola, & omnium aliarum rerum cupiditatibus libera audiendi voluntate, verè suscipit aliquis prædicationem Evangelicam, quam hîc regnum cœlorum CHRISTVS appellauit: & vere efficitur vnus ex illis, qui edito multiplici fructu, non fuisse vanam & inutilem clementissimimi patris in seminando testatur diligentiam: cupit enim CHRISTVS in iustitijs suis ambulare omnes, recta loqui, lucrum ex vi & calūnia aspernari, suas

I ij

nari, suas

nari, suas excutere a susceptione muneris manus, eas penitus a proximorum sanguine mūdare, oculos a tentationibus conprimere suos, & malū nec facere, nec permittere. Quapropter prophetas asseruisse, omnes esse a Patre homines edoctos in necessarijs ad salutem, externa aut interna reuelatione Spiritus sancti, quū primū vti ratione incipiunt, affirmamus, quāuis confusē primū, deinde explicitē fidem CHRISTI discant, si tamen in doctrina Dei patris manserint, quemadmodum Prophetæ & Patriarchæ iustitiam CHRISTI apprehenderunt: quantō magis ergo nostrū aliquis CHRISTI pari modo iustitiam assequetur: cū hęc prophetia propriē ad regnum CHRISTI pertineat: quoniam scriptum esse apud ESAIAM  
*cap. 54* reperitur: Ponam omnes filios tuos doctos a Domino, Et in dictis HIEREMIÆ: Dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Scientiam ergo doctrinæ cœlestis tanquam fœlicitatem futuræ Christianorum Ecclesiæ, non ipsam solū prædicationem, extollunt Prophetæ: respiciunt enim ipsam Dei benignissimi Patris

fimi patris bonitatem & voluntatem : licet persuasum fuerit illis, non omnes audientes discere seu retinere doctrinam & patris voluntatem. Vnde patet multum esse discriminis inter audire & discere. Omnes enim qui discunt, audiunt, sed non contrà.

Verum ridiculum est, quod, dum istius opinionis defensor studet alios facere perspicaces, talpa ipse cæcior appareat, cum ex beati AVGVSTINI verbis, nihil penitus nobis relictum esse virium vel in amplectendo, vel in repudiando auxilio diuino, sed omnia Deum per nos non secus atque muta, vel saltè animata, non tamen libera instrumenta operari, probare se posse existimat: atque ideo etiam arbitratur se firmissimam contra nostram opinionem, imò potius contra sanctam Dei Ecclesiam, habere sententiam: Sic enim habet AVGVSTINVS, Nam si in tanta infirmitate vitæ huius, in qua tamen infirmitate propter elationem reprimendam perfici virtute oportebat, ipsis relinquere-  
tur voluntas sua, vt in adiutorio Dei, sine quo perseverare non possent, manerent  
I iij si vellent:

*Lib. de  
Corr. et  
gratia  
cap. 12.*

si vellent: nec Deus operaretur vt vellent: inter tot & tantas tentationes voluntas ipsa infirmitate sua succumberet, & ideo perseuerare non possent, quia deficientes infirmitate nec vellent, aut non ita vellent vt possent: Sed haud dubiè male & peruerse beati AVGVSTINI sententiam interpretantur: non enim ipse negat liberum hominis assensum, sed docet, quòd si humana voluntas mota & excitata ad bonum supernaturale sola relinquere-  
tur, certe succumberet. Nam non ab hoc tantùm requiritur gratiæ peculiaris auxilium, vt possit homo velle bonum, & deinde libero arbitrio suo dumtaxat possit operari bonum Deo acceptum, sed vt cum eo semper coadiuuante & cooperante, per liberum arbitrium possit ipse homo licet vt agens minus principale bonum operari atque perficere.

*Ioan. 1.*

Insuper discipulus ille dilectus in initio Euangelij sui scriptum nobis reliquit, omnibus datum esse hominibus, posse inter progenies Dei per fidem & sacramenta scribi, & numerari, non quidem naturæ viribus, sed Dei gratia, misericordia, redemptione, vocatiõe, illuminati-

luminatione, iustificatiōe & glorificatiōe: quā  
 doquidem omnibus hominibus, tū in prima  
 creatione, & in prima institutione, tū etiā in re  
 demptione, vt possent fidem & charitatem ha  
 bere, concessit omnium rerum author, qui nos  
 creauit, & in sanguine suo nos ad vitam bea  
 tam regenerauit: charitatem insuper & fidem  
 habere, est gratiæ dumtaxat fidelium, quibus  
 aut per fidem, aut per sacramenta Dominica  
 passio applicatur. Nihil igitur habet aliquis  
 quod calumnietur, nos plus æquò vel vires  
 nostras extollere, vel gratiam extenuare. Ete  
 nim clara voce cū APOSTOLO cōfitemur,  
 nihil habere hominem, quin id a Deo Opti  
 mo Maximo acceperit: quandoquidem ipsa  
 quoque vitæ æternæ retributio, tum a gratia  
 nobis inhærente & cooperante proficiscitur,  
 sicuti PAVLVS ait, Gratia Dei vita æterna:  
 tum superat longè labores, quos in hac vita  
 eiusdem gratiæ beneficio perferimus. Rursus  
 libenter etiam cum eodem APOSTO  
 LO agnoscimus, nos totum id quod sumus  
 (quod modò Deo placeat) opus esse Dei. Nō  
 igitur immeritò quærit beatus FVLGEN  
 TIVS libro de duplici Dei prædestinatione,  
 I iij cur mors,

*Rom. 6  
 Augus.  
 cap. 18.  
 li. 5 De  
 ciuit.*

cur mors, stipendium: vita verò æterna, gratia dicitur. Nisi quia illa redditur, hæc donatur. Sed vbi Deus illam reddit, opus malum peccatoris hominis punit, quod nullatenus fecisset homo, nisi discessisset a Deo. Cùm verò Deus vitam æternam donat, opus suum quod inchoauit, iustificans impium, perficit, glorificans istum: Hæc autem vtraque gratia, id est, & vita bona, & vita æterna, in CHRISTO IESU Domino nostro est. De plenitudine quippe eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, scilicet, gratiam glorificationis æternæ, pro gratia iustificationis indebitæ, vt gratia iustificationis indebita hominis beneficio omne mēritum malum deleat, Et meritum bonum iugi confirmet auxilio, cui gratia glorificationis iuste reddatur in præmio, quæ etiam ipsa ideo non iniuste dicitur gratia, quia non solùm donis suis Deus dona sua reddit, sed quia tantum ibi etiam gratia diuinæ retributionis dignitate exuberat, vt incomparabiliter atque ineffabiliter omne ex sua natura meritum etiam bonæ voluntatis atque operationis excedat.

*Aug.  
vbi su:  
pra.*

Insuper



Insuper non solū credendi in CHRISTVM  
 lumen, sed etiam pro illo patiendi virtutem a  
 Deo nobis donari beatus PAVLVS Apo- *Phil.1.*  
 stolus ostendit, dicens: Vobis enim donatum  
 est, pro CHRISTO, non solūm vt in eum  
 credatis, sed vt etiam pro illo patiamini: Non  
 igitur viribus nostris sumus id quod sumus,  
 sed diuina gratia viuimus, intelligimus, & cre-  
 dere possumus, neque ad id tantummodo, ve-  
 rum ad hoc ipsum creati omnes, vt per bona  
 opera vitam transigamus nostram, iustioresq;  
 quotidie efficiamur. Nam post fidem, factis  
 ad salutem opus est, hinc discipulus ille quem  
 diligebat CHRISTVS præcepit, vt, qui iu- *Apo.22*  
 stus est per opera charitate informata, iustifice-  
 tur adhuc. Postremò confitemur nos neutrū  
 aliquando fuisse facturos sine sequente ac coo-  
 perante nobis perpetuo Dei adiutorio (qui  
 ne datam a se homini libertatem penitus tol-  
 lat, & hoc etiam largitur, vt sit nostræ po-  
 testatis memorato auxilio nō vti) Spiritu enim  
 suo nostram Deus adiuuat voluntatem, & nō  
 est volentis, neque currentis, sed miserentis est  
 Dei, ac suggerentis gratiam, qua ad æternam  
 illā prædestinationem omniū possumus per-  
 uenire:

uenire: curramus igitur potius viri Christiani cum fide, quæ per dilectionem operatur, & accipiemus brauiũ nobis à constitutione mũdi paratum, quam nostris fidamus liberi arbitrij viribus. Quapropter aperte diuus IO-  
*Luc. 3.* ANNES BAPTISTA docet, Pharifæos & Sadducæos per fructum dignum pœnitentiæ fugere a ventura ira, potiùs quàm nimium in hoc confidere, quòd patrem habeant Abraham, idcirco certè procul debet a Christianis abesse, vt quis dicat: Si sum prædestinatus quicquid fecero, saluabor tandem: quòd tamen legitimè colligi potest ex dira (vt arbitror) eorũ sententia, qui dicunt nullis præuisis meritis quosdam reprobari, & prædestinatos tandem necessariò saluari, cõdemnari autem reprobatos, Inde Beatus Prosper Ianuensibus respondet nono dubio his verbis. Iam verò, quod illis verbis connectitur, miror si vllò modo potest in populo Christiano quisquam infirmus patienter audire, cùm dicitur eis, & si qui obeditis, si prædestinati estis reijciendi, subtrahentur vobis obedientiæ vires, vt obedire cessetis. Hoc enim dicere quid videtur aliud esse, quàm maledicere, aut male quodammodo Prophe-  
 tare. Vi-

tare? Viderint ergo illi, quomodo non paucis ansam præbeant otiosæ, perniciosæque securitatis, & abominandæ desperationis, & quod peius est, cum suam rationibus scripturæque sacræ autoritatibus haud docere possint sententiam, quin multa absurda & proximorum saluti incommoda statim incurrant, eos hæreticos pronunciant, qui eorum nõ amplectuntur sententiam. Certe si sic prædestinantur & reprobantur homines, non video quid sibi velit APOSTOLVS, dum Romanis inquit. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo & bonitatem et seueritatem Dei, in eos qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem, si permaneris in bonitate, alioqui & tu excideris, sed & illi, si non permanerint in incredulitate, inferentur. Ita que haud frustra hortatur fideles PAVLVS, ne in vacuum recipiant gratiam Dei, nec frustra vigilandum & orandum esse semper CHRISTVS admonet: nã fieri potest, imo quotidie ita fieri videmus, vt inserti ipsi CHRISTO, nisi in timore Dei solícite se et constanter contineant, excidantur non enim omnès qui ad ipsum venerunt, cum eo perma

Ro. II.

Cor. 2.  
cap. 6

*Mat.* 10 eo permanent semper: meritò igitur qui in finem vsque perseuerauerint, salui erunt, non autem qui tantùm incoeperint: imo melius esset istis nō incoepisse, quàm ab incoeptis, turpiter destitisse. Neque intelligo quid aliud sit illud APOCALYPSIS, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam, & quòd misericordia Dei præueniatur omnis homo in eo, quo incipit vti ratione, vt possit se in Deum verum et remuneratorem æternorum bonorum ordinare: Quodque CHRISTVS stet ad ostium pulsans, & quod filijs Hierusalem obijcitur. Quoties volui vos congregare, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & nolulistis: & quod impropertur Corazay et Betzaidæ, si in Tyro et Sydone (quibus subuentum est in necessarijs ad salutem, non solùm lege in hominum cordibus sculpta, sed etiam interna reuelatione, cum incoeperunt ratione vti) facta fuissent signa supergratiosa quæ in te facta sunt, olim in cinere & cilicio poenitentiam egissent: Quam dicere, vos ad vitam creauit beatam? & vos illam spreuistis semper? Vnde ESAIAS ait: eligam & ego illusiones eorum, & quæ timebant, adducam

ducam eis: quia vocavi, & non erat, qui responderet: loquutus sum, & non audierunt, feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt: suo libero intellige arbitrio: Certum igitur vulgare illud ac triuiale est, quod dicitur: Irritam fore doctrinam, vanam, & nihili exhortationis, si ab electione Dei tantum pendeat obsequendi vis & facultas: omnia namque necessario aut omnino euenient, si cunctorum quædam non permisit, sed omnia ordinauit Dominus, & fieri non posset, quin reprobis se ignauitæ dedant, cum creati vasa iræ sint, & ordinati ad æternam pœnam absque iudicio operum, atque ad flagitia, vt hæreticis placet. Eam ob causam nos omnes admonet benignus & omnium pius Pater dicens. Si quis se emundauerit ab huiusmodi malis, vas erit in honorem, hi enim per Dei gratiam possunt proposito ac voluntate mutari & in vtram velint partem conuerti: nam in Angelis certum est eos immobiliter adhærere, cui semel adhæserunt. Similiter in vasis quidem aureis ac fictilibus id fieri non potest, quæ vt facta sunt, ita

K manent:

Obserua

2. tim. 2

manent : at in hominibus fit ex studio, vt quod fictile erat, fiat aureum, & aureum ex inertia euadat fictile: Hinc collige Christiane lector, istum, si in fide ac pietate constans fuerit, vas fore in honorem, si molliter cesserit, fore vas in contumeliam. Quare meritò SALVATOR ipse apud ESAIAM & conqueritur & ratione cum Israelitis agit, dicens. Popule meus, quid vltra debui facere tibi, & non feci? ego quidem plantaui te vineam speciosissimam, & tu facta es mihi amara nimis, aceto namque sitim meam potasti, & lancea perforasti latus saluatori tuo. Et apud eundem prophetam alio in loco scriptum reperitur: Si volueritis & audiueritis me, bonæ terræ comedetis, sin autem nolueritis neque audieritis me, gladius deuorabit vos: Dominus enim noster misericors est, qui suscitauit ab oriente iustum, & vocauit eum vt sequeretur se, dicens: Seruus meus es tu, elegi te, intellige ad regnum, & non abieci te, nunquid enim (sequitur in textu) voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur a vijs suis, & viuat?

Quæ

*Esaiæ.  
primo.*

*Obserua.*

Quæ omnia cum sint aperuissima, rectè est  
 illud a principio positum, non esse in eo,  
 quod ordine prius est, vllum hominem re-  
 probatum, sed suis tantum demeritis ab æter-  
 no, in eo quod ordine postèrius est, v-  
 numquemque iustè reprob-  
 ri, siue morti æternæ  
 adiudicari.

I ij

QVO.



# QVORVNDAM

DE PRÆDESTINATIONE;

& reprobatione sententiæ: quarum, cur  
non solùm diuersæ, verùm eti-

am pugnantes sint, cau-

sa aperitur.



TSI NONNVLII

quædam scripserunt de hac ma-  
teria opuscula, & nihil amplius  
posse a me sperari videtur, cùm

sim comparatione illorum ferè

elinguis, tamen quia in hac difficili quæsti-  
one plerosque (vt experientia demonstrat)  
relinquunt incertiores, quàm inuenerunt, sa-  
tis aperte intelligitur, nondum esse exactè  
inuëntam eius veritatem, ob eam ergo cau-  
sam, cùm in id potissimùm omnes studi-  
osorum vires intendendas esse iudicarem,  
vt latentem, si queant, alicuius vtilis quæ-  
stionis veritatem patefaciant, ac posteros hoc  
immortali afficiant beneficio, dedi & ipse o-  
peram (quàmuis viribus huic prouinciæ im-  
par) vt



par) vt propositæ de prædestinatione quæ-  
 stioni aliquid a me lucis ac perspicuitatis  
 adferretur. Non comparo me profectò  
 in omnibus cum illis, qui hisce de rebus  
 ante me disputarunt, sed quia in huma-  
 nis disciplinis multa sæpe veniunt in men-  
 tem imperitoribus, quæ fallunt industri-  
 am doctiorum, & in cœlesti potissimùm  
 doctrina frequens est aliqua reuelari par-  
 uulis, non sibiipsis sed soli Deo fidenti-  
 bus, quæ celantur à sapientibus. Et quia  
 aliorum disputationibus eò vsque iam per-  
 ducta res est, vt non difficile fuerit scri-  
 pturas omnes examinanti, & illarum di-  
 sputationum pondera diligenter excutien-  
 ti, occultam inuenire veritatem, non du-  
 bitabo profiteri (id quod sine arrogancia  
 dictum putetis velim) me in hoc libello  
 planum fecisse id, quod alij longis tracta-  
 tibus valde obscurum, & plurimis diffi-  
 cultatibus impeditum reliquerunt.

Quarum quidem difficultatum causam es-  
 se arbitror, quòd dum de prædestina-  
 tione & reprobatione disputant, vtram-  
 què alio atque alio modo definire viden-

K iij tur, &

Obserua

tur, & alius huc, alius illo respicientes, planè diuersimodè scripserunt. Quamobrem sapientissimus quidam: Errāt, inquit, homines nō seruantes modum, & cū in vnam partem præcipites ire cœperint, ea sola obseruant, quæ constitutæ iam apud se sententiæ videntur subscribere, quam non ex scripturis concipiunt, sed ad scripturas adferunt: atque eò fit vt diuersa diuinæ authoritatis testimonia non respiciant, quibus reuocari possint ab huiusmodi sententia, atque ei, quæ ex vtrisque temperata est, vëritati & moderationi acquiescere: sed insidiosè potius ea subterfugiunt, atq; omnem sui doctoris opinionem adeò mordicus propugnant, ac si periculū fidei mortisq; animæ & corporis imineret. VNDE QVIDAM nimis arroganter ex eo quod scriptum est ab APOSTOLO

*Paul. Rom. 8* PAVLO, nempe quos Deus præsciuit conformes fieri imaginis filij Dei, & prædestinauit, & c. & à diuo P E T R O: electos quosdā esse secundum præscientiam Dei patris, ac Deum vnicuique secundum opera sua retributurum, & recepturum vnumquemque, pro vt gessit in corpore suo, siue bonum siue malum, dixerunt

Prima opinio.

*Paul. Rom. 8**1. Pet. 1**2. Cor. 5*

dixerunt ex meritorum et demeritorum præuisione prædestinari & reprobari homines. Sed ijs aduersatur sententia APOSTOLI, vt docet beatus AVGVSTINVS, in glossa ordinaria, aduersus Pelagium, cum ait. Non enim Deus nos prædestinauit, quia tunc eramus sancti, aut futuri eramus, sed vt essemus sancti nos elegit. Nam si propterea electi erant quia crediderant, ipsi utiq; prius illū elegerant, & credendo in eum promeruerant, vt ab eo eligerentur. Hoc igitur CHRISTVS apud IOANNEM quoq; refutauit, dicens: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: sed tamen & ipsi quoque procul dubio elegerunt eum, quando crediderunt in eum: vnde non ob aliud dicitur. Non vos me elegistis, nisi quia non elegerunt eum, vt eligeret eos, sed vt eum eligerent, elegit eos. Misericordia namque eius præuenit eos secundum gratiam, non secundum debitum. Eligitur ergo fidelis omnis, vt sit sanctus, non quia erat, aut futurus erat sanctus. Ideò præscientia bonorum operum nec natura, nec ordine præcedit æternam Dei prædestinationem, neque secundum operum præcognitionem aliquis prædestinatur,

refutatur  
prima opinio.  
Ephe. i  
August.

Ioann.  
cap. s.

K iij stinatur,

Paulus  
Rom. 8

1. Pet. 1

stinatur, quāuis salutis et punitionis gradus ex  
operibus cuique tribuantur: Nā APOSTO  
LVS inquit, vt propositum Dei maneret in  
illis, quos præsciuit (intellige fidem, charita  
tem & gratiam atque mandata CHRISTI  
amplexuros, eosque conformes fieri imaginis  
filiij sui) etiā prædestinauit, id est eos cōfirmavit  
& conseruauit in electione, secundū quā, in eo  
quod ordine prius est, omnē ordinauerat ho  
minem (quantū in ipso fuit,) ad vitā beatā. Cæ  
terum ordo verborum APOSTOLI PE  
TRI talis est. PETRVS APOSTOLVS  
IESV CHRISTI secundum præfinitio  
nem (vt legit ERASMVS) aut secundum  
præscientiam, sicuti vulgata editio latina sonat  
(in eo tamen quod ordine posterius est) Dei  
patris missus, vt segreget ei in Spiritu, & obe  
dientes faciat eos, qui salutarem asperisionem  
sanguinis IESV CHRISTI acceperunt;  
vobis electis aduenis dispersionis Ponti, Ga  
latiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithiniæ (his  
enim prædicauerat) gratia & pax multiplice  
tur in Deo, qui secundum misericordiam su  
am magnam creauit & regenerauit nos in  
sanguine suo in spem viuam. Id enim isti  
tandem

tandem agunt disputationibus suis damnabilibus, ut non defendendo, sed potius per superbiam sacrilegam extollendo, plusquam decet, liberum arbitrium, nullum relinquunt locum gratiæ CHRISTI, qua filij Dei & coheredes CHRISTI sumus.

Sunt & alij, qui Deum, ut suam ostenderet bonitatem, omnem in primo signo naturæ (sic enim loquuntur) creasse hominem perpetuæ fœlicitatis capacem prudenter, & benè docent: quia Deus, sicuti pius Pater, instituit creare hominem in gloriam: ob quam rem GREGORIUS NAZIANZENSIS hominem definiens: Homo, inquit, est animal ad perpetuam fœlicitatem creatum: similiter ANSELMVS lib. cur Deus hō. & c. ait: Non est iustum, ut Deus creaturam rationalem, quam fecit ad beatitudinem, omnino perire sinat. At verò quod dicunt in secundo naturæ signo, quia Deus bene vsuros aut malè libero arbitrio & gratia præuidit, ideo quosdam prædestinasse, quosdam reprobasse: hanc sententiam cum præcedenti opinioni (quam ut Pelagianam reiecimus) fit maxime

*Opini. 2**Grego.**Ansel.*

maximè vicina, non noua indigere refutatione arbitramur: quandoquidem sicut gratia, ita & eius vsus, est effectus gratuitæ æternæ Dei prædestinationis in eo quod est ordine prius: nisi velint isti dicere, quòd dictio IDEO, perseuerantiam significat amoris diuini in his, quos iam ordine prius prædestinauerat ad vitã, quàm eorum præscierat opera: & non prædestinationis causam, vt nos dicimus: quemadmodũ CHRISTVS suis ait discipulis, Pater amat vos, quia vos, scilicet dilecti a patre, me amastis: Quapropter PROPHETA REGIUS inquit: Saluum, a peccatis intellige, me fecit, quoniam voluit me: nõ igitur ex operibus præuisis prædestinatur homo, neq; ex his iustificatur, licèt sine illis adulatorum nullus iustificetur, neque saluetur. Ideo differenter respicit Deus opera cùm prædestinat aut iustificat, & cùm beatificat: nam de operibus hominum iustificandorum IONAS inquit, videns Deus opera eorum, quia conuersi sunt &c. Item cœlestis pater propter poenitentiam (tanquam causam sine qua non) dissimulans peccata hominum, impium iustificat: nam videt an cor sit contritum, & humiliatum,

*psal. 17*

*Iona. 3*

Deus aliter in iustificando & aliter in saluando respicit hominum opera.

liatum, hocque de lege non potest non aspice-  
re, & secundū quod cor magis remissiusue est  
contritum, debitam peccatis pœnam plenius  
minusue remittit: nō tamen propter pœniten-  
tiam aut meritum, sed propter necessariam di-  
spositionem: In saluando autem Deus iustus  
habet operum rationem secundum proportio-  
nem, & secundum mercedem operibus debi-  
tam: hanc denique diuersitatem pulchrè ex-  
plicat Beatus AVGVSTINVS cū ait:  
vita æterna aliquando dicitur merces, nunquā  
autem iustitia dicitur merces, sed tantū gratia  
sepe tamē numero vita æterna et merces et gra-  
tia nuncupatur: nam quos Deus gratis iu-  
stificat, eos aliquando saluat vt iustus iu-  
dex, reddens vniciq; pro meritis, iustificat  
nos non vt iudex, sed vt pius Pater, quoniam  
tantū respicit in faciem Christi sui, licet non  
iustificet nisi pœnitentem: homo enim operi-  
bus suis, tantū augmentatiue iustificatur ac  
pro meritis saluatur, vt dictum fuit cum de im-  
pij iustificatione egimus. Ideo plus satis dictū  
esse credimus, hominem operibus suis nec præ-  
destinari nec iustificari, diximus enim idem  
esse prædestinationis & iustificationis iudiciū.  
Insuper

Opin. 3.

Insuper sunt & alij acutissimo ingenio præditi, qui asserant omnes esse ab æterno prædestinatos homines ad vitam beatam : atque eorum quosdam absolute, quosdam verò conditionaliter, Illos specialiter ac eminenter esse electos, atque necessario fore beatos : istos vniuersaliter & generaliter non tam excellenter esse prædestinatos (quos alias non prædestinatos vocāt) quorum alij saluantur, alij autem sua ipsorum culpa damnātur. Hæc autem sententia si sic intelligatur, quòd Deus illis, quos absolutè prædestinauit, dedit etiam gratiam, mediāque omnia, quibus possent perpetuam assequi fœlicitatem, tum sufficienter, tum abundāter, bonum illis proponens sub omnimoda ratione boni, ac nullam habens mali rationē, reliquos autem conditionaliter, id est sufficienter vocauit, vt possint si velint ad salutem per CHRISTVM peruenire, non solū imaginaria potentia (vt quidā falso arbitrantur) sed etiā potentia, quæ potest in actū reduci suū. Atque in hoc sensu credimus beatū THOMAM contra gentiles scripsisse, Deum inquam, nulli hominum deesse, quin paret cuilibet idonea media, quibus valeat quisque sibi comparare salutem,

Lib. 3.  
ca. vlti.



rare salutem: quapropter legem iposuit, quã voluit ipse Deus seruari ab oĩbus vitã cupientibus ingredi beatã (nihil est enĩ inæqualius, q̃ oĩbus sine discrimine equalia gratuita tribuere dona) licet quibusdã amplissima, quibus solũ sufficientia ad salutem cõferat dona: ac ideo illi quasi saluanturoẽs, sic enĩ diuinis illis amplissimis donis amplectãtur verũ et bonũ vt falsũ et malũ penitus cognoscãt, atq; projiciãt, ac huiusmodi auxilio p̃uenti diuĩo, cũcta p̃cepta seruãt, quãuis libero suo quisq; arbitrio tũ dona gratuita, tũ p̃cepta valeat reijcere ac tandem dãnari, si post cõcupiscẽtias irẽ suas maluẽrit, q̃ diuinis sequi gratias: oĩs nãq; propositio de possibili, potest ac debet dari in esse, et isti partĩ saluantur, partim suis defectibus damnantur (licet sufficientia habuerint ad salutem dona) vt rei euentus docet: nã cõditionaliter p̃destinati, seu nõ eminenter p̃destinati, etsi nõ illam p̃destinatorũ gratiã et prerogatiuã habeant nõ tñ ab ipsa salute repellũtur si boni emulatores fuerint nõ enĩ sequitur, quod pius oĩum pater eos exclusit à regno, quos nõ eminenter et specialiter prædestinauit. Nos certè eo modo intellectã nõ possumus nõ vehementer approbare. Sed si predestinatio absoluta liberũ hominis negat assensum volũtati Dei præ-

L destinan-

destinantis in eo quod est ordine prius, ac ideo non posse damnari potentia, quam phisicā vocant scholastici, ac propterea necessario fore saluos, sicuti sic eos sentire quidam opinantur: Scriptum est enim in quibusdam illorū libris sic, Omnibus datum est, vt valeāt regnū coelorum acquirere, licet non omnibus datum sit, vt non valeant ab eo excidere. Et infrà: Quare secundum hanc Dei prouidentiam pendet salus eorum à potestate liberi arbitrij, quæ in non prædestinatis potest deficere: quoniam & si Deus vult omnes saluos fieri, non tamen ita vult, vt hoc omnino futurum sit, nisi etiam ipsi velint. Et paulò post apertius multò, inquit: at prædestinatio quæ est salutis causâ, aufert de potentia prædestinati ad peccandū aut perseverandum in peccato finaliter: ideo secum eam potentiam nullo modo compatitur: & cōditionalis prædestinatio dicat diuinam voluntatem secundum quid, quam scholastici dicunt velleitatem, seu imperfectā voluntatem, prorsus eam negamus, ac scripturis sacris & determinationi Ecclesiæ aduersari arbitramur, hanc autem, quæ in prædestinatis videtur salutis necessitatem ponere, illorum esse sententiam aut saltē

saltem mentem, bona fide & diligenti eorum librorum examinatione, nec credidi, nec etiam vir quidam doctissimus tum in familiari colloquio, tum suis in literis mihi persuadere potuit, cum absurdum penitus huiusmodi opinionis defensores esse putent, quod quicumque salui fiunt, ita salui sunt, ut nullus eorum queat excidere a salute, licet alibi dicat, predestinati omnino in gratia perseverant, non quidem coacti, imo etiam magis volentes, & cum maiore potestate liberi arbitrij.

Sunt & alij, quos in rebus alijs fere omnibus multum veneror, qui (ordine prius quam Deus predestinat & reprobatur) naturam humanam peccato Adæ perditam, conspectui diuino presentari docent: ex qua Deus ipse sua misericordia quosdam eripit, & predestinat, & quosdam in eadem massa perditionis relinquit, quos reprobos vocant: Verum hæc sententia apertissimis scripturæ sacræ locis aduersatur, quoniam CHRISTVS venit in hunc mundum, ut saluum faceret totum quod perierat, & non partem (ut illis contra Apostoli sententiam placet) conclusit enim omnia sub peccato, ut omnium misereatur: similiter apud Prophetam

*Opinio  
quarta*

L ij      Esaiam,

Esaï. 53

Esaïã, posuit, inquit, in eo pius Pater omnium nostrum iniquitatem, igitur ne vnum quidem voluit ipse Dei filius in massa perditionis, seu in peccato Originali relinquere: multos enim ab eo per fidem, aut Sacramenta purgat peccato, quos liberis operibus suis malis postea iuste damnat. Vnde sequitur quod qui damnatur, vel non sunt reprobati, si relictos in massa perditionis tantum Deum reprobasse asseratur, vel necesse est aliam post actualem culpam constituisse reprobationem, vel dicere (sicuti nos docemus) hominem ex præuisione demereri torum omnium reprobari. Ideo in hunc modum aduersus illos lubet argumentari, eos tantum reprobat Deus, quos in massa perdita relinquit, Ergo Iudam (quem damnatum credimus) non reprobauit, imo potius prædestinauit, quia Iudas ab illa massa perdita fuit liberatus, si, vt verissimum puto, fuit illi peccatum originale (quo tantum erat massa illa corrupta et serua diaboli) cõdonatum: quibus sequitur quod non reprobati, imo prædestinati, in eo quod ordine posterior est, dãnantur. Insuper quicumque sunt huius opinionis patroni, quæ asserit, ex damnata Adæ sobole, Deum, quos visum est, eripere

eripere & eligere, & quos autem vult reprobare, in massa perditionis relinquit, (vt quidam opinantur) absque aliqua ratione peccati & præcognitione status, in quo præscit ipse Deus eos perituros: hi neutiquam sunt veram definitionem prædestinationis & reprobationis assequuti, vt in eorum scriptis videre licet: cum ea, quæ definito conueniunt, definitioni minimè quadrent. Ideo prædestinationem sic intellectam in hunc modum definire deberent, Prædestinatio est gratiosa diuinæ voluntatis eorum a peccato liberatio, quorum Deus vult misereri, cum ordinatione & præparatione operum, quæ Deus in ipsis ereptis & electis misericorditer operatur, quibus assequantur vitam beatam: Similiter reprobatio est. Derelictio quorundam vel in massa perditionis, vel in peccatis, quos iure optimo ordinat in supplicium sempiternum, secundum qualitatem & quãtitatem peccatorum. Nam hoc modo definitioni conueniet quicquid definito accomodari potest, hæ sunt igitur illæ veræ & solæ definitiones, quarum altera prædestinationi, altera reprobationi ex massa corrupta conuenit, quibus diligen-

L iij ter exami

ter examinatis certè parū aut nihil, re saltem, a nostra differre sententia declarabitur: quandoquidem sacra eloquia docent, voluisse Deum, omnium in massa perdita existentium quantum in ipso est, misereri, licet post actuale peccatum per misericordiam quorundam miseretur, & quosdam per iustitiam iuduret, sicuti **PAVLVS** Rom: 9. scripsit: Item sequeretur contra eorum sententiam, quòd non ad aliquem finem creasset Deus hominē, neq; certum prædestinatorum numerum (vt ipsi immeritò opinantur) creasset, si finis eius non a gratia & libero hominis arbitrio, sed penitus ab Adæ voluntate dependeret, nisi dicant Deum, in eo quod est ordine prius, ad perpetuam foelicitatem creare voluisse hominem, quod sanè est prorsus nostræ annuere sententiæ, sin minus, illud certè quod imaginatur, quàm sit volūtariè ac temerariè dictum, nemo est quin videat: Insuper Deus, cuius misericordiam **PROPHETA REGIVS** super omnia opera eius exaltat, quantum in ipso fuit, si radicem liberauit, videtur quoque ramos omnes voluisse ab omni eripere malo, quoniam ipsum verbum, vt vniuersam carnem liberaret, carnem

carnem assumpsit. Ideo sapienter dixit sanctif-  
 simus LEO PAPA, Secunda in diuinis per-  
 sona communem naturam assumpsit, vt com-  
 munem omnium causam susciperet & adiu-  
 uaret: & sicut Adam, quantum in ipso fuit,  
 omnes homines perdidit, sic filius Dei, qui se-  
 metipsum in redemptionem pro omnibus de-  
 dit, quantum in ipso fuit, a massa perditionis li-  
 berare omnes voluit: merito igitur dicitur, &  
 est propitiator pro peccatis nostris, & non so-  
 lum nostris, sed totius mundi, ipse namque est 1. Ioa. 2  
 agnus ille (vt ait IOANNES BAPTI-  
 STA) qui tollit peccata mundi, nam sic Deus Ioan. 1.  
 dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum Ioan. 3.  
 daret, & per eum restitueret vitam mundo.  
 Præterea quomodo certum erit illud APO- Col. 2  
 STOLI, quod deleuit chirographum decre-  
 ti, quod erat contrarium nobis, & affixit cru-  
 ci, si tantum de chirographo illo deleuit ali-  
 qua nomina, relictis illis innumerabilibus: &  
 si tam paucis vitam restituit, plurimis in massa  
 perditionis relictis. Ideo certum est, quod sicu-  
 ti in Adamo omnes moriuntur, sic in CHRIS- 1. Co. 15  
 TO omnes viuificabuntur, quandoquidem  
 omnium benignus Deus gloriam sitit, si qui  
 dem verum  
 L iiii

*Deu.* 32 dem verum est illud Deuteronomio : uti-  
 nam faperent, & intelligerent & nouissima  
*esa.* 48 prouiderent: Similiter apud ESAIAM: uti-  
 nam attendissetis mandata mea, facta fuisset si-  
 cut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgi-  
 tes maris: Rursus si Deus quibusdam non  
 prædestinatis gratiam confert, ut possint mane-  
 re, si velint, quomodo sunt in massa perditio-  
 nis relictæ? Sin autem confert illis quidem, sed  
 non vult eos in illa in finem perseverare, tum  
 est mera dirisio & illusio, quòd Deus quibus-  
 dam det gratiam, & nolit illos permanere in  
 ea, neque velit Deus, quantum in ipso est, om-  
 nem seruare hominem, & inimicitiam, quæ  
 est inter Deum & hominem, tollere, sed quos-  
 dam tantum suo reconciliari patri. Cæterum  
 indifferenter omnibus corpus CHRISTI dig-  
 nè fumentibus, eumque corde confitentibus  
 coram hominibus promittitur vita beata. Igi-  
 tur ne vnus quidem est in massa perditionis  
 relictus, omnis namque homo, sicuti est cre-  
 atus ad vitam beatam, ita est redemptus, rède-  
 mit enim ipse CHRISTVS sanguine suo  
 in obedientiâ Deo Patri factam, quapropter  
 reconciliati sumus Patri æterno, ac ideo om-  
 nis homo



nis homo viator propriè dicitur, quia est desti-  
 natus tum creatione, tum redemptione ad pa-  
 triam, & ad terram promissionis: quàmuis ad  
 providentiã Dei permittere (nos autem  
 ordinare et statuere) (quosdam infantes absque  
 baptisinate perire, pertineat. Idcirco, cū illud  
 de omnibus in salutem creandis Dei consiliũ,  
 Adæ lapsum ordine fuisse superius ipsa ratio  
 dictet, perspicuum est, omnem hominem ad  
 vitam beatam ordinatum esse, quem non, nisi  
 volentẽ, Deus labi passus est: Ideo ait APO-  
 STOLVS: Sicut vnus delicto omnes homi-  
 nes filij iræ nascuntur, ita gratia Dei non ob id  
 solũ, vt viuamus, omnibus data est homini-  
 bus, & peccatum abolitum, & ablata poena,  
 verum etiam vt & filij Dei efficiamur omnes,  
 per fidem, & Sacramenta, cohæredes CHRIS-  
 TI, hæredes patris, & eiusdem cum filio cor-  
 poris, innumerabilia consequamur bona. Insu-  
 per conclusit Deus omnia sub peccato, vt om-  
 nium misereatur, & vbi abundauit delictum,  
 superabundauit & gratia.

Rom. 2

Alij verò, quia ab OSEA scriptum est:  
 Perditio tua ex te est Israel, salus autem tua ex  
 me est,

Quinta  
Opinio

Cap. 13.

me est, fenserunt, hominem simul & semel, atque in eodem ordine seu naturæ signo, gratis, & nullis meritis prædestinari, reprobari autem ex præuisione meritorum. Hæc opinio tametsi videatur cum nostra conuenire, dubius tamen in rebus, quæ nulla ratione sunt silentio prætermittendæ, ab ea dissidet. Primò quòd non omnem hominem, sicuti nostra sententia tradit, ad vitam creatum & ordinatum arbitratur, sed excludit illos, quos in primo illo instanti creationis, ob peccata eorum indignos vita æterna futuros, Deus præuidit, id quod in vniuerso hoc tractatu apertissimis rationibus docemus esse falsum. Deinde a nostra etiam in eo differt sententia, quòd non distinguit id, quod natura prius est, ab eo quod est posterius, siue vt alij loquuntur primum signum naturæ a posteriore. Hæc autem distinctio rectè animaduersa tantam habet vim, vt tollat prope omnem huius questionis ambiguitatem & difficultatem. In reliquis verò omnino conuenire videtur cum nostra, cum doceat hominem nulla præmissione meritorum, sed gratuita Domini benigni-

benignitate ad vitam esse prædestinatum, eundemque, si in peccatis prolabatur, propter ipsa dumtaxat peccata æternis destinatum esse supplicij. Ostēdemus ergo breuiter huius opinionis in hac postrema parte, qua nostræ videtur aduersari sententiæ, falsitatem. Deus, vt inquit PAVLVS, vult, quantum in ipso est, <sup>1. Ti. 2.</sup> omnem hominem saluum fieri: quibus profecto verbis nihil aliud voluisse putandus est, quàm quòd Dominus in primo illo condendi hominis consilio, omnes ad vitam æternam creauerit, ordinauerit et prædestinauerit. Qua propter nullo modo dicendum est, absque ordinum aut signorum distinctione, Deum libere & gratis quosdam prædestinare, & quosdã reprobare ex peccatorum præuisione. Si nãq3 hoc modo reprobationis causa essent demerita. i. peccatorum mèrita finaliter futura, seque retur, quòd mèrita quoque præuisa essent prædestinationis causa, quod est planè absurdum & Pelagij commentum, sicuti in prima opinione ostensum est: Insuper Deus non præscit, hoc est, non scit prius mala opera Pharaonis, quàm bona opera PAVLI: imò natura prius nouit bonum quàm malum. Quoniã vt Beatus

AVGVSTI

AVGVSTINVS ait, malū in Deo Idæam nō habet, sed cognoscitur per Idæam boni, sicuti tenebrę per cognitionem lucis: vt docet etiam Dionysius dū inquit. Lux, secūdam causam in seipsa cognitionem tenebrarum præambuit, non aliunde videns tenebras quā a lumine. Quapropter non est dicendum, Deum ab æterno, in eo quod ordine prius est, quosdam reprobasse & quosdam prædestinasse, sed in eo quod ordine posterius est, præscium malorum finaliter operum quorundam, voluisse ab æterno eos suo tempore iustè condemnare, quod idem est quod reprobare. Quia quæcunque reprobī, Deo permittente, non autem præcipiente, erant in tempore facturi, ea omnia Domino Deo (cui nulle sunt secundū temporis vices, præteriti aut futuri successiones, mutationesue) præsentia semper & perfecte cognita ab æterno fuerunt. Nec inde sequitur, quod præscientia Dei quenquam reprobabat, sed iustitia Dei, quæ nullum flagitium patitur impunitum, vnde patet, hominum quæcumque peccata, esse reprobationis, et æternæ damnationis causam materialem seu meritariam. Idcirco Magister sententiarum, inquit:

Reproba-

Reprobatio est præscientia iniquitatis quorundam, & præparatio eorundem damnationis. Et sanctissimus ille **FVLGENTIVS** libro de duplici prædestinatione Dei sic ait: Reprobatio est præparatio malorum, quæ Deus iuste reddet perditis. Præterea si in eodem signo naturæ mala opera ponantur causa reprobationis, sequitur quod non possit Deus secundum legem illum non prædestinare, cuius opera non prævidit mala futura, si reprobationis ponantur causa, Et ex consequenti, non erit prorsus libera & gratuita Dei prædestinatio, sed erit ex meritis quemadmodum reprobatio, ut opinio, quæ primum in ordine habet locum, & Pelagiani senserunt. Nam si quis reprobatus non erit, omnino ex immutabili Dei ordinatione (qua solum peccatores finaliter præscitos voluit ipse Deus reprobare) erit prædestinatus. Duo enim sunt hominum dumtaxat genera ex scripturis cognita: alterum prædestinatorum, alterum reproborum. Satius est igitur asserere, omnes homines absque præscientia meritorum creatos, & vocatos ad perpetuam foelicitatem, quam quisque propria contractæ culpa ami-

M pa ami-

pa amisit, eaque priuatus fuit : passim enim  
 APOSTOLVS reprobationis reie  
 ctionis, desertionis, & indurationis causam  
*Heb.12* esse peccata, docet: Nam Esau, quia cum  
 vnico edulio ius primogeniti permutauit, re  
 probatus est. Item populus Israëliticus, quo  
 niam respuit CHRISTI Euangelium, vi  
 ta destituitur beata. Similiter Pharao, quia  
*Rom.9*  
*Actu.2* semetipsum indurauit, eius fuit induratum  
 cor: ac similia multa in scripturis reperiri sa  
 cris, neminem (qui in eisdem est vtcunque  
 versatus) latet, quæ missa faciam, ne tædio  
 sim pio lectori. Hæc igitur si quis neget, is  
 haud dubiè, mea quidem sententia, cum Lu  
 theranis re ipsa consentit, & scripturis diui  
 nis atque sanctis patribus contradicit: Luthe  
 rani enim volunt, quibusdam prædestinatis  
 dumtaxat fuisse paratum regnum. Sin autem  
 fateatur, necesse est quoque fateri, huiusmo  
 di homines omnes fuisse ad regnum ordina  
 tos, sicuti diximus: Siquidem hi propriè  
 reprobi appellantur, qui sunt æternâ gloria  
 priuati, atquæ nullus sanè dicitur rectè qua  
 uis culpa priuatus aliquo bono, quod vel non  
 fuerit eius, vel saltem ad illud adipiscendum  
 M  
 atque

atque obtinendum aptus natus, siue ex viribus naturæ, siue ex dono gratuito diuinæ misericordiæ fit, quæ nunquam ante culpam alicui defuit in necessarijs ad salutem, vt nostra docet catholica & pia sententia: nullus ergo profectò sine culpa aliqua finaliter præuisa reprobatur homo.

Sunt prætereà grauissimi viri, qui ex capi *Opinio*  
te nono ad Romanos, vbi legimus: Antequã *sexta.*  
nati essent, aut quicquam boni, aut mali egif-  
sent, Iacob dilexi, Esau odio habui, inducti vi-  
dentur, vt putent nullis præuisis meritis, aut de-  
meritis, vt ita loquar, sed sola libera Dei volun-  
tate prædestinari homines, et reprobari. At qui-  
dam huius opinionis fautores docent prædesti-  
nare quidem Deum positiuè ordinando, et di-  
rigendo per bona opera Paulum ad gloriam:  
reprobare verò negatiue, hoc est excludendo  
quosdam a gratia & salute, atq; non ordinā-  
do nec dirigendo per opera bona, vt Iudã ad  
beatitudinem: sed illum in manu consilij sui re-  
linquendo, quem sic in manu consilij sui reli-  
ctum, scit tandem casurum. Quidam vero tū  
prædestinare, tum reprobare positiuè Deum  
M ij asserunt.

asserunt. Cæterùm quia hæc sententia vix potest apertè proponi, quin prima statim fronte non exiguam præferat impietatem, & quia contumeliosa esse videtur erga ineffabilem Dei bonitatem, ideo videre licet, quanto pere sudent eorum quidam, vt (dum simul et ob peccata hominem reprobati negant, & tamen Deum esse mortis authorem fateri erubescunt) causam aliquam iustam reprobationis inuenire valeant. At certè post omnem exquisitam inquisitionem, nihil inuenerunt aliud quod sit alicuius momenti, quàm vt totum vniuersum esset modis omnibus perfectum, non solum secundum omnes gradus boni naturalis, verùm etiam moralis: & vt omnibus illis modis, quibus fieri poterat, diuina perfectio demonstraretur, pertinuisse ad Deum, vt ab æterno quosdam ad perpetuas poenas reprobareret: aiunt enim non fore tam perfectum vniuersum, si omnes essent prædestinati, vt possint saluari, & saluarentur, quàm si nonnulli reprobatam damnarentur, cum illo pacto exclusa esset iustitia punitiua, quæ in genere moris est bona, & suum gradum habet inter cætera virtutis genera.

Præterea

Reluctantiâ  
iustitiæ pu-  
nitivæ in-  
reprobati-  
onis causâ  
fuisse, ante  
culpâ dix-  
ere quidâ  
sed male.



Prætereà aiunt, quòd si ex peccatis præuisis reprobaretur homo, Dei, inquit, perfectio per solam misericordiam saluando repræsentaretur, non etiam per iustitiam damnando & puniendo, ex quibus cõsequens esse arbitrantur, vt dicant omnino fuisse aliquos ab æterno a Deo reprobandos. Atque vt demus non esse hæc omnino nihil, penitus tamen ea nobis introsipientibus, visa sunt multo minus virium, ac roboris habere, quàm vt sententiam adeò periculofam diu possint fulcire. Nemo est enim, vt arbitror, tam parum oculatus qui non aduertat, punitiuam illam iustitiam bonã tantùm esse, quemadmodum bona est medicina, videlicet non simpliciter, sed propter defectum: medecina quidem propter morbum, iustitia verò punitiua propter peccatum: Nam si sustuleris morbum, neglecta iacebit & inhonorata medicina: similiter ostensio punitiuæ iustitiæ, si desit peccatum, minime bona erit, nec vllum merebitur inter virtutes locum: sicuti quædam virtutes ex suppositione sunt virtutes, vt verecundia & pœnitentia, quæ non sunt absolute ac simpliciter necessarię ad perfectã virtutum enumerationem,

M iij      sed solùm

sed solum dato errore aut delicto: quæ cum ita sint, fateamur necesse est, non pertinere simpliciter ad totius vniuersi perfectionem, punitiuam hanc iustitiam, nec eius defendendæ gratia horribilem illam sententiam, quam sine pauore nemo audit, recipi oportere, ut statuat Deum ab æterno non ob aliud quosdam reprobasse, quàm ut in eis iustitiam punitiuam suam per æternam damnationem demonstraret, essetque totum vniuersum eiusdem iustitiæ dignitate perfectius. Quis enim non intelligit simpliciter perfectius fore genus humanum, sicuti creatum est, sine medicina, modò abesset morbus & interitus, quàm si cū medicina haberet morbū atq; mortem præter intentionem creatoris? Ideo absolutè melior esset totius vniuersi cōditio, si abesset iustitia punitiua, peccatū & damnatio, quàm cū his oībus: sicuti regnum, quod nunquam suo dedit Regi occasionem, ut puniret aliquem ad reliquorum exemplum, excellentius prestantiusque eo esset, in quo rex habere voluit, quos iustè puniret, ut cæteri tranquillam aut foeliciter agerent vitam. Similiter laudabilior esset rex ille, qui, quantum in se est, sic suum rexit regnum,

regnum, vt nunquam habuerit quem iuste punire potuerit, quàm ille qui populum suum ita direxit, vt vellet in suo regno existere aliquos peccantes, quos puniret ad suam dumtaxat ostendendam iustitiam. Quapropter Beatus AVGVSTINVS hoc ipsum eleganter docet in re proposita libro. 3. de libero arbitrio aduersus eos, qui aiebant peccata facere ad perfectionem vniuersi, eo quòd iustitia Dei puniens commendaretur: arguens igitur cõtra hoc & reprehendens concludit, quòd nec miseria peccati necessaria erat ad vniuersi perfectionem, quæ constare poterat absque peccato: Imò a peccato potius deturpabatur, quod ipsam etiam perfectionem potuisset destruere, nisi suppeditante Deo decorem iustitiæ suæ, turpitude illa peccati conuenienti vindicta cõpensata, elideretur. Fuiſſet igitur hominibus & angelis vtilius, Deo que gratius multo, si illi nõ peccassent vt poterant, quàm in huiusmodi iustitia ipsum Deum laudari. Sed cū nõ solũ apertissimis scripturæ sacræ locis, posterior huius nouissimæ, nempe sextæ sententiæ pars aduersetur, vt suprâ ostendimus, verum etiam omnium tum doctorum, tum imperitorum

M iij hominum

hominū mentes fatiget, perturbet, & ad desperationem prouocet, atque Deum personarum exceptorem instituat, si absq; culpa & nō propter culpā, aut aliquem ad infernū ordinauit, aut exclusit aliquem a gloria (vt quidā hac persuasi sententia se ex eorū numero esse putarūt; vnde in desperationem ducti sunt) postquā pius Pater ad eā haud dubiè omnem creauit, & quantū in ipso fuit a peccato redemit, hominē, quem decet in gloriā ex suppositione ordinari ac dirigi, nisi sibi ipsi homo obstaculum foret, vt memoratum finem assequatur. Idcirco statuendum est, sua quemque culpa relinqui, labi atque indurari permitti: Iuste enim deseritur a Deo, qui Deum primū deserit, sed nō contrā: quia si sine culpa a Domino relinqueretur, eum non relinqueret iniuste: Ideo iuste a Deo relinquitur ille, quem ipse relinquit iniuste. Quapropter sapienter Fulgentius lib. 1. de duplici Dei prædestinatione, inquit. Nihil aliud accipiendū existimo in illo sancti AVGVSTINI sermone, quo ad interitum quosdam prædestinatos firmat, nisi ad interitum supplicij, non delicti: neque ad malum, quod iniuste admittunt, sed ad cruciatum, quem iustissime

Fulgēius  
fidelis Au-  
gustini in-  
terpres.

stissimè patientur: nec ad peccatum, quo primæ resurrectionis beneficium, aut non accipiunt, aut amittunt. Nec ad tormentum, quod illis propria iniquitas meritò parit, & æquitas diuina iure optimo retribuit: Nec ad mortem animæ primam, in qua nascuntur paruuli, vel in quam (sicut beatus IACOBVS dicit) concupiscentia sua abstracti & illecti, recidunt criminosi: sed ad mortem secundam, quam necesse est patientur retribuente iustissimo iudice, siue qui ante perceptam gratiam Baptismi discedant de seculo, siue in vacuum ipsam gratiam Dei recipientes, post acceptum Baptismum, vsque in finem præsentis vitæ malint serui esse peccati: nec velint dum tempus est acceptabile, & dies salutis, conuerti a via mala vt viuant. Ideo hoc expedit, vt iterum quædam de vasis iræ & iniquitatis, secundum istorum sententiam, a Domino constitutis, in medium proferamus. Primò dicimus quod & si Pater hoc facere potentia sua absoluta potuisset, nunquã tamen fecisse repperitur, imò ante peccatũ ipse omnium pater prorsus pius est paratus suam, omnibus impartiri gratiam, dicente

dicente Euangelista: Si vos cùm sitis mali, non estis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester cœlestis dabit spiritũ bonum peccantibus se? Secundò docemus, quòd etsi vas in dedecus effectum non possit figulum reum postulare & accusare de iniquitate, quod tale ipsum, cui nihil debet, finxisset, tamen si figulus figuram & vilitatem vasis reprehenderit, meritò se ipsum posset excusare, Imò verò culpam in artificem reijcere, cui libitum fuit ita ipsum effingere. Similiter si reprobaretur homo vt hæc nouissima docet opinio, nullis præuisis peccatorum meritis, posset Domino Deo dicere, Esto domine, quod in te nihil sit iniquitatis, quòd ita me condideris, non est tamen cur me spernas, vituperes, & punias, quòd ego talis sim, qualẽ me tua dumtaxat voluntate creasti aut fecisti, aut certè quia a salute (quam alijs offers) exclusus, saluus esse non potui, vnde dira ista opinio, quàmuis etiam a grauißimis viris quibusdam & catholicis defendatur, quocunque tamen modo teneatur, summam profectò impietatem (quæ nescio quibus inuolucris abscondatur) continens, non videretur in Ecclesia CHRISTI diutiùs esse toleranda.

Quid

Quid enim magis impium in Deum benignum, & magis hominum salutem contrarium, quàm sic sentire de Deo, quòd sine ullis meritis præiudicatis reprobet homines aliquos, & a regno ac salute velit perpetuò exclusos esse. Existimant præterea quidam, qui eam hisce temporibus tuerentur, se egregie tenere libertatem arbitrij, & nullo modo statuere necessitatem prædestinationis & reprobationis, atque ideo ipsi etiam vehementer oppugnant quendam ex Lutheranis Ioannem nomine Calvinum, qui sublata arbitrij libertate, plane necessariam esse tam sine meritis reprobationem, quàm gratuitam prædestinationem sine ullis ambagibus confitetur. Verum enimverò, si rem ipsam, non verba aut mentes, spectemus, minima profectò aut potiùs nulla, mea quidem sententia, videbitur inter utramque opinionem differentia. Docet enim quidam ex Lutheranis, prædestinatos necessario quidem, sed tamen sponte fore saluos: reprobos autem necessario quoque, sed sponte ac voluntate peccantes, condemnandos. Illi verò posse quidem prædestinatos damnari, sed omnino fore saluos: reprobos omnino fore condem-

condemnandos, quàmuis possint fieri salui. Qua enim ratione id obtinebunt (certè non intelligo) vt persuadeant, eos, quos a salute reiectos esse sentiunt, idque sine meritis præmissis, posse tamen salutem consequi si modò velint: Idcirco magis admiratione dignum & reprehensione esse arbitramur, quod quidam dicunt, quosdam posse saluari, quos posse de facto saluos fieri, negant: quàm sentire omnes posse esse saluos, qui de facto potuerunt esse salui. Ego profectò, saluo iudicio Ecclesiæ, cui me, sicuti debeo, perpetuò submitto, nō video quid sit inter has opiniones discriminis, nisi statuere voluerimus verborum discrimen, esse etiam discrimen rerum: aut voluerimus eorū omnium voluntatem & mentem statuendi, aut auferendi liberum arbitrium, opinari. Ille etenim videns quid sequatur ex prædestinatione & reprobatione hoc modo intellectis, aperte ponit vtriusque necessitatem. Isti verò, nempe ex catholicorum numero ab eodem principio voluntatis Diuinæ hos prædestinantis, illos verò reprobantis, cui tamen nemo valet resistere, proficiscentes, ac inuidiam nominum declinantes, præter suam voluntatem, & mentem



mentem verbo relinquunt, ut mihi quidem videtur, arbitrij libertatem, ac salutis contingentiam, quæ rebus ipsis in hoc sustulerunt, atque alia verba (quod est magis mirandum) substituunt, quæ vel idem significant, vel quid aliud valeant, intelligi, mea quidem sententia, non potest: ac postremo tanquam hæreticam opinionem detestantur eam, quæ verbis solum aut intentione ab eorum scriptis dissidet, re ipsa verò planè convenire videtur. Verum & si ipsi nullo modo putent, se vel liberum arbitrium tollere, vel necessitatem salutis & mortis inducere, nec existiment ex eorum dictis hæc incommoda evenire, debemus tamen fucum, quem ipsi præter intentionem & sibi ipsis & alijs faciunt, detrahere, & simpliciores inexplicabili illa sollicitudine, & innumeris laqueis, quos hæc opinio mentibus humanis iniicit, liberare. Cum igitur ex hac opinione hæc sequantur in religione flagitia, merito profecto, sicut dixi, non est diutius in Ecclesia ferenda. Oibus enim modis ij, quibus est gregis Domini cura commissa, curare debent (interim donec sacratissima Ecclesia in gloriam et laudem Christi congregabitur) ne morbus hic animo

N periculo-

periculosissimus serpat lōgius, & collectis au-  
ctisq̄ paulatim viribus, etiā syncerā adhuc  
partem secū trahat, tandemq̄; inficiat. Atq̄; eo  
magis, vt illi ipsi, qui hanc opinionem in  
scholis nimis pertinaciter defendunt, eā publi-  
ce è suggestu populo proponere vereātur. Pa-  
ratus sum tamen illud, quod in animo prom-  
ptū habui, repetere semper: velle nempe sen-  
tentiæ Ecclesiæ parēre, cui adhæreo, & adhæ-  
rere perpetuò firmiter intendo.

Cæterū nō me latet, sapienter esse dictum:  
quod æqualibus quisq̄; suis, ac multō magis  
maioribus tantum honoris habere debet, vt  
candide, modesteq̄; de eorum sententijs iu-  
dicet, & vbi quid obscurum sit, vel non satis  
cognitū, sensim nō minùs quàm sedulō inqui-  
rat, & iudicium suspendere malit, quàm ni-  
mis properando, iniuriam cuiquam facere:  
quod quidem sane feci ipse a tempore, quo, tū  
in antiquissima ac famigeratissima illa & me-  
ritò omnium excellentissima Parisiensi Vni-  
uersitate, vbi doctissimorum virorum calcu-  
lo gradum Baccalaurei formati suscepi, hanc  
publice in scholis Sorbonicis, tum Bruxellis  
corā Illustriss. ac Reuer. domino Antonio Pe-  
renoto

renoto Episcopo Atrebatensi, & Cæs. M. primario consiliario ac sigillorum detentori, atque præsentibus doctoribus facultatis potissimum theologiæ huius almæ vniuersitatis Louaniensis, tum etiam Panhormi in parentum conspectu, ac doctissimorum Theologorum defendi materiã: insuper semel atque iterum hanc, quã modò tueor, sententiam cum quã plurimis doctis. viris contuli in concilio Tridentino, quod potissimum CAROLVS, cognomento Maximus, Quintus, Rom. Imper. sub sanctissimo Papa IULIO tertio celebrari curabat, ad hunc vsque diem, quo nostram diuulgamus sententiam, cuius quidem veritatis testes possem adducere quã plurimos: ideo sic mihi festinasse videor, vt minimè tamẽ celeritate nimia præcipitauerim: nisi silentio prodere Christi gloriã (quòd virum Christianum non decet) maluissem: idcirco non puto mihi debere vitio verti, quod in hac quæstione liberè & sententiam meam proferam, & aliorum opiniones liberè quoque refellam. Primũ cum illi, quorum supra opiniones posuimus, mutuo inter se hisce de rebus digladiantur minus profectò cogor certè alicui

N ij

sententiæ

sententiæ adhærere penitus, sicuti neque ex fi-  
de meæ sententiæ quisquam, sed ratione dum  
taxat. Deinde probavi semper eorum senten-  
tiam, qui nihil magis studiorum nostrorum  
profectum impedire putant, quàm si sublata  
liberè sentiendi facultate, in alicuius verba iu-  
rare cogamur, præsertim in ijs quæstionibus,  
quæ nondum habent definitam veritatem.  
Postremò (nisi me penitus philautia fallit)  
existimo hanc a nobis in præsentì quæsti-  
one traditam doctrinam, tam esse piam &  
veritati consentaneam, vt eam a nobis non oc-  
cultari expedire omnino Ecclesiæ CHRIS-  
TI iudicauerim. Quòd si in hanc no-  
uissimam opinionem paulò sum acrioribus  
inuectus, zelus certè Domini fuit in causa:  
quia nullam, quæ magis tollat opinionem a-  
nimis nostris insitam de bonitate creatoris, re-  
periri posse arbitror.

Quod faci-  
le erit præ-  
dictas de  
prædesti-  
natione et  
reprobati-  
one senten-  
tias refuta-  
re.

Et hæc quidem aduersus aliorum opini-  
ones allata sufficiant. Quàmuis enim dif-  
ficile non sit eas multò pluribus sacræ scri-  
pturæ testimonijs & rationibus neutiquam  
futilibus refellere: cùm tamen ipsæ ita in-  
ter se

ter se pugnent, vt prima & secunda sextam prorsus conuincant, & contrâ, illæ ab hac euertantur, ac vtræque insuper aduersentur medijs, ac mediæ ipsæ vtrisque, fatius forè putauit, compendioque nostro siue libello (quem enchiridion supra vocare priùs decreueramus) congruentiùs lectorem ad earundem sententiarum authores remittere, quàm nimia diuersorum, pugnantiumque argumentorum copia cum fastidio detinere.

Contrâ verò, & nostra sententia meritò repeti potest & debet: consonat enim scripturæ sacræ, & solatur omnes, & docet bene de diuina bonitate sentire; de gratia & iustitia CHRISTI, & libero hominis arbitrio, ac patrum sententiam non reijciendo, sed declarando commendat: multa enim aduersus Pelagium disputantes dixerunt, quæ Manichæis fauere videntur: & contra: vnde fit vt (si fortè Ecclesia aliquãdo in hac quæstiõe sententiã aliquã ab oibus Christianis recipiendã proponere decreuerit, id quod in hoc potissimũ dogmate, quo plusq̃ reliquis cõsciẽtię nostrę perpetuo exagitantur, faciendũ esse videtur) prope non  
 N iij            dubitem,

dubitem, quin Ecclesiae rectores salutis animarum cupidi, vel hanc sententiam, vel huic similem sint amplexuri. Quod si haec (quam Ecclesiae iudicandam humiliter proponimus) fuerit, quam ab omnibus defendi, ac recipi debere iudicarint, curari facile poterit, ut illis, qui in hanc rem scripserunt argumenta, sua seruetur authoritas, declareturque quomodo, quamuis paulo aliter nos quam illi, loquamur, re ipsa tamen cum aliquibus eorum non pugnemus: Non enim ipsi definiuerunt praedestinationem & reprobationem, ut nos facimus, secundum simplicem & singularem Dei voluntatem, sicut pro animarum salute expedit loqui: sed quidam secundum totum eius ambitum, quidam vero secundum intelligentiam alicuius scripturae sacrae, quam ipsi in animis conceperunt suis. Et ob eam causam nos quidem praedestinationem definimus hoc pacto.

PRÆDESTINATIO EST ORDINATIO CREATURÆ RATIONALIS AD VITAM ÆTERNAM, PROCEDENS A LIBERA ET GRATVITA VOLVNTATE DIVINA, QUAM ASSEQVITVR,  
SI STE-

SI STETERIT IN MANDATIS  
 LEGIS. Hinc est, quòd adulatorum nemo, si-  
 ne suis operibus saluetur aut damnetur. Nam  
 Deus per ESAIAM sibi seruientibus præmi-  
 um promittit, & non seruientes his arguit ver-  
 bis: Ecce qui seruiūt mihi, manducabunt, vos *Esa. 65*  
 verò esurietis: ecce qui seruiunt mihi, bibent,  
 vos autem sitietis: ecce qui seruiunt mihi, læta-  
 bũtur, vos autem clamabitis propter dolorem  
 cordis vestri, & a contritione spiritus vlulabi-  
 tis. In his verò omnibus, quæcũque ad iniquo-  
 rum personam pertinent, prædicta sunt tantũ-  
 modò, non destinata: scimus enim quòd Sal-  
 uator noster apparuit, vt malum e mundo tol-  
 leret, & malum in eo non est. Sicut ergo ma-  
 lum in eo non est, ita ex eo non est: quod au-  
 tem ex eo non est, opus quoque eius non est:  
 quod autem nunquam est in opere eius, nun-  
 quam fuit in ordinatione eius: non ergo ordi-  
 nati sunt mali ad hoc, vt male operentur a con-  
 cupiscentia sua abstracti, & illecti, sed ad vi-  
 tam beatam, quam si quauis culpa amiserint,  
 iustè patiẽtur inuiti. Similiter pueri ex CHRI-  
 STI institutione absque baptisinate vitam nõ  
 assequuntur æternam: qui enim, IOANNIS  
 N iiii testimo-

Apo. 20

tēstimonio, non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum sulphuris, quod idem exemplo patet. Si imperator Turcarum terras occuparet, & omnes a vectigalibus liberaret habitatores, dummodo fidelitatem tantum prius iurauerint, procul dubio a vectigalibus nullus liber erit, antequam fidem præstiterit, quàmuis quisque Cæsaris liberalitate posset a vectigalibus eximi. Ita liberalitate filij Dei, eiusque passione, sanguinis effusione, resurrectione, & merito, habet omnis homo unde saluetur, si mandata seruauerit omnia. Ait enim Dominus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, cum in libro vitæ per fidem aut Sacramenta inscribitur, a quo voluntariè dumtaxat errantes delentur. Præterea rationem reprobationis esse asseruere eorum quidam, qui ordine postremum inter opiniones, quas præmisimus, habent locum, simplicem negationem gratiæ, etiam nullis præuisis demeritis: at verò nos firmiter tenendum & nullatenus dubitandum esse docemus. REPROBATIONEM nihil aliud esse, quàm IUSTVM IVDICIUM, QVO DEVS VULT AB

Mat. 19

ÆTERNO



ÆTERNO VLCISCI PECCATA PRÆVISA, sicut ferè omnibus placet patribus, vt in principio copiose ostendimus, quãuis eorum scripta pro temporis & personarũ ratione modò diuersa, modò cõtraria videantur, sicuti diximus. Atq; hoc quidem modo intellecta reprobatio, nihil omnino scrupuli relinquit in animis nostris, nisi fortè hoc dũtaxat vnũ, quòd omnibus sub peccato inclusis opus est diuina peculiaris gratia, vt omnes misericordiam consequerentur, cur hæc ipsa misericordia (quã CHRISTVS passioe sua omnibus promeritus est) per fidẽ & Sacramenta alijs applicetur, alijs nõ applicetur: Quãuis enim inter eos, quos euidenter Spiritui sancto reluctari, et eos quos simplici pectore veritatẽ admittere intelligimus, satis apertum sit discrimẽ cur his prosit passio CHRISTI, illis non prosit: nemo tamen indiuiduã & certam causam reddere poterit, nisi peccatũ in communi pro causa meritoria reddatur. Sed cur vel prius illis nascentis Ecclesię temporibus ad hos populos accesserint Euangelij ministri, ad illos non accesserint: vel cur sequẽtibus temporibus, alij nati parentibus Christianis, a teneris

vngu-

Obserua.

vnguiculis pietatem imbiberint: alij apud infideles orti, aliquando ne fama quidē audierint nomen CHRISTI, aliquando ita audierint, vt vix fieri possit, vt absque vberiore doctrina ad eius religionem conuertantur? Itaque si vsquā locum habet AVGVSTINI sententia super IOANNEM, hīc certē videtur habere, vt omnino desinamus iudicare (intellige in indiuiduo ac distinctē) nisi velimus errare.

Quis enim cognouit sensum Domini? Quis inscrutabilia scrutari valeat? Quis inuestigabilia inuestigare? Hoc tandem cui libet Christiano sufficere debet, quod iusta quidem est perpetuò eius ira, sed iustissimæ tamen iræ inscrutabilia sunt iudicia. Iusta quidem ira, quia sine dubio semper adscribi debet hominis vitio, quoties a iustissimo Domino condemnatur: nullum enim Dominus relinquit vnquā, cui voluntatem suam, lege scripta vel in cordibus exarata & interna quadā reuelatione illustrata, non declarauerit se ab omnibus obtemperari velle, qui cū homines desunt, vel Angelorum ministerio, vel alio nobis occulto medio subuenit, vt patet de Cornelio & de Eunucho, atq; ideo omnibus hominibus ita subuenit,

uenit, vt hoc remedium & illis fidelibus & infidelibus, & eorum liberis satis esse ad salutem potuerit, si modò diuino beneficio rectè voluissent vtī: Nam cui Deus lumen gratiæ, vt posset se in Deum verum & remunerato rem æternorum bonorum ordinare, dedit, si non restitit, concessit illi donum fidei mediatoris, vt posset ad æternam peruenire foelicitatem: suisque filijs de necessarijs ad salutem quoque prouidere (nisi aliqua subuenirent impedimenta) valeret. Postremò Christiane lector hoc indubitanter retine, quod etiã post lapsum primi hominis, nullus vnquam ad Deū ACCEDIT, NEQVE AB EO RECEDIT inuitus, sed quisque sic libere ad ipsum Deum accedit, vt possit non accedere & ab eo recedere, licet ad CHRISTVM ACCEDERE, ET AB EO NON RECEDERE fit Dei donum maxime necessarium, sine quo nec ad Dominum accedimus, nec ab eo non recedimus.

Postremò nostram ex his confirmamus sententiam, quæ ex sanctissimis AVGVSTINI dictis beatus FVLGENTIVS libro de duplici

Authoris  
fētētia cō  
firmatur  
ex dictis  
B. Aug re  
cte intelle  
ctis a Bea  
Fulgētio.

de duplici prædestinatione Dei collegit. **PRIMUM** quidem, quòd vt homines non adiuuentur a Deo, in ipsis causa esse dicitur, non in Deo. **SECUNDO**, quòd propter iniquitatem superbix, reprobati dicuntur dānandi, quod pertinet ad iudiciū: nō deprauandi, quod pertinet ad peccatū. **TERTIO**, quòd nullius culpæ humanæ in Deū referendā admonet causam: quia si aliqua peccatoris iniquitas a Deo prædestinata creditur, ipsius iniquitatis causa in prædestinatione diuina ponetur: quod quā sit impiū, quāq; fidei Christianæ contrarium, nullum puto fugere Christianum. **QUARTO**, quòd extolli in superbiam propriæ voluntatis, sit hominum, non operis Dei, nequē ad hoc eos impellit, aut adiuuat Deus. **QUINTO**: Prædestinatio, sine præscientia esse non potest: esse autem sine prædestinatione præscientia potest: prædestinatiōe quippe tantū Deus ea fore præsciuit, quæ fuerat ipse factururus, vnde dictum est, Fecit quæ futura sunt. Præscire autem potens est, quæ ipse non facit, sicut quæcunque peccata: Quia & si quædam peccata a Deo esse videantur, ita tamen peccata sunt, vt poenæ etiam

næ etiam sint peccatorum : vnde dictum est: Tradidit illos Deus in reprobam mentem, vt faciant quæ nõ cõueniunt. Nõ ibi peccatũ Dei est, sed iudiciũ, Quibus patet, Deũ prædestinasse & præscisse bona opèra misericordiæ & iustitiæ: mala autem opèra præscisse tantum, quia ibi non opus Dei esse dicitur, sed iustum iudicium, quo non inultum relinquitur, quod sine operante Deo malus operatur. Insuper beatus PROSPER Gallorum animaduersionem in AVGVSTINVM, qui celeri præuentus erat morte, reijcit. Beato enim AVGVSTINO imponebant Galli, quòd in libro de Prædestinatione sanctorum, peccatores nimirum esse non ad solum iudicium poenæ prædestinatos, diceret, sed etiam ad peccatum : & quòd Deus ita definierit, vt quicumque non credunt, ex Dei institutione non credant, quibus inferebant : Ideo qui Euangelicæ prædicationi non credunt, impossibilitate excusantur, cum ex Dei prædestinatione fit, quod non credunt. Item, quod idem sit præscientia quod prædestinatio. Ipsis igitur Gallis PROSPER respondens, inquit,

O Infideli-

Prædestinatio ad malum idem apud B. Fulgētium, q̄ apud nos reprobatio.

Infidelitas non credentium Euangelio, nequaquam ex Dei prædestinatione generatur, bonorum enim Deus author est, non malorum: Prædestinatio igitur Dei semper in bono est, aut pertinens ad retributionem iustitiæ (quod hodie reprobatio dicitur) aut ad donationem gratiæ: vniuersæ enim viæ Domini misericordia & veritas. Proinde infidelitas non credentium, non ad constitutionem Dei, sed vt præuisa & certa ab humana mente causata ad præscientiam referenda est, quæ necessitatem non credendi minimè intulit, quãuis ipsa falli, infidelitate eorum qui futuri erant, non poterat. Deinde, qui præscientiam Dei in nullo, ab ipsius prædestinatione discernit, is quod tribuendum est Deo de bonis, hoc etiam ei de malis conatur ascribere: sed cùm bona ad largitorem, cooperatoremque eorum: mala autem, ad voluntariam rationalis creaturæ nequitiam referenda sint, dubium non est, sine vlla temporali differentia Deum & præscisse simul & prædestinasse: prædestinasse quidem, quæ ipso erant authore facienda: quæ vero ex improba creaturæ volūtate proficiscuntur præ-

Obserua.

tur præscisse tantum, quatenus defectus sunt: quatenus autem ex malicia mea bonum efficit: sapientissimus artifex etiam ipsa mala præsciuit & ordinavit in bonum, oculis enim eius omnia sunt nuda & aperta, & eius scientia attingit a fine usque ad finem fortiter, ac disponit omnia suaviter, quinimo antequam terra fieret, cum eo eram (inquit diuina sapientia) cuncta componens. Mala igitur (vt mala) præsciuit tantum Deus, quoniam ea non ex ipso erant causam operationis habitura, sed permissi-  
 onis dumtaxat. Cùm verò dicitur, Deum non nosse viam malam, non ideo dicitur, quia scientiam ipsius aliquid in operibus hominum fugit, sed quia mortem morientis Eze. 18  
 non fecit. Idcirco PROPHETA, scio, inquit, ad correptionem meam pertinere, quòd minùs abs te adiuuer, vt perfectè dirigantur gressus mei. Ideo notum est ex APOSTOLI sententia, Iram Dei dici non posse, nisi vbi creditur hominis iniquitas præcessisse: quia in iniquitate hominis iustitiam Dei prædicat commendari, vt ostendat non iniuste iram omnipotentis inferri: ait enim ipse, Si autem iniqui-  
 O ij                      tas no-

tas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus, nunquid iniquus est Deus, qui infert iram: secundum hominem dico, absit: alioquin quomodo iudicabit Deus mūdum? Non igitur frustra vasa iræ, aut misericordiæ homines pronunciat, quia in his omnibus propria præcessit iniquitas: sed illi turpiter in ea iacuerunt iniquitate, isti autem gratiam amplectentes surrexerunt, Secundum igitur præscientiam Dei, quosdam vasa iræ seu iudicij, quosdā vero vasa misericordiæ & gratiæ nominari Fulgentius ipse docet. Cū verò causa condemnationis quorundam & glorificationis beatorum quæritur, non prædestinatos & reprobos negamus: sed utrū, sicut creduntur prædestinata diuinitus opera bona esse, quibus iusti glorificabuntur: sic credendum est, reprobos ad opera mala diuinitus destinatos esse, pro quibus punientur iniusti: dicitur in libro Psalmorum: Iniusti punientur, & semen impiorum peribit, salus autem iustorum a Domino. In vtrisque, mea quidem sententia, tria quædam veniunt considerata. Initium quidem voluntatis, progressus operis, & finis retributionis: vt

in his

*Psa. 36*



in his quæcunque iusta, & bona videmus, iusto & bono Deo demus: illa autem Deo indigna nouerimus, in quibus nec bonitatem nec iustitiã inuenimus. Ideo primo totius bonæ voluntatis initium gratis datum & prædestinatum confitemur. Similiter progressum boni operis & retributionem ipsam esse Deo adscribendam sentimus: quãuis & fides & opera sint etiam hominis: secundum enim fidem tuam fiat tibi: & secundum suorum operum mensuram vnique a Deo tribui, inquit scriptura: nam sicut quæcunque nobis facienda donat, ea habere non possimus, nisi ipse nobis largiatur; ita facere non possimus, nisi ipse nobis quæ largitus est operetur.

Verùm quia nemini dubium est, nisi Pelagianus fuerit, Deum bonorum operum dare initium, progressum, & retributionem, ad causam malorum operum se nostra vertat oratio, vt agnoscamus, Vtrum malos Deus iustus ad hoc prædestinauerit faciendum, quod in eis puni-  
 turus est factum.

O iij An ideo

An ideo ad supplicium quosdam iustè destinauerit, quia eorum mala opera præsciuit. Primò quidem sentimus, quòd initium peccati esse superbiam cernatur ex scripturis sanctis. quæ tunc sumpsit initium, quando Angelus aduersus Deum elatus, & ipsa elatione prostratus, per concupiscentiam volens vsurpare, quod a Domino datum ei non fuit, ab eo discessit, & cecidit, in quo si stetisset, non cecidisset. Sed per concupiscentiam malam, qua cõcupiuit plus extra se, minus factus est in se, & licèt eam explere nequierit opere, eam tamen retinuit voluntate. Sic ipse sibi factus est poena, vt supplicium semper esset malo voluntas mala, tanquam cœco ipsa cœcitas sua, & concupiscentia peccandi tormentũ fieret peccatori, & rebellis ac refuga, qui illam imperurbabilem regulam fugeret, deinceps perturbationi seruiret, atque a bono Domino relinqueretur iustè, quem ipse reliquit iniustè: hoc autem quoque homini contingit, quem ipse diabolus serpentina calliditate decepit: a Domino quippe homo dissentiens, & seruo malo consentiens, malæ voluntatis effectum plenum adipisci non potuit, quia ipsa malitia a Deo non

Deo non fuit: creaturæ ergo rationali in hac præfenti vita alia beatitudo nusquam fuit, nisi vt agnoscens, a quo nõ solùm facta, sed etiam a quo rationalis est facta, maiorem dilectionem exhiberet bono creatori quàm sibi: in qua quidem dilectione tanto magis minusue est dilectio sui, quantò magis minusue dilectionem suo exhibet creatori. Voluntas porrò creaturæ rationalis, sine qualicumque amore esse nõ potest, nec sic potest diligere, vt amorem suum non velit ad aliquid religare, quæ inter summum bonum, quo creata est, & in finum bonum cui prælata est, medio quodam loco posita, profectò aut in infimo bono, necesse est, miserabiliter iaceat, aut in summo bono veraciter, feliciterque requiescat.

Atque Deus cunctis per gratiam donat, vt quisque eam acceperit, humilis fiat. Discite enim, inquit ipse, a me, quia mitis sum & humilis corde, et inuenietis requiem animabus vestris: hãc verò humilitatem perdiderunt quidam per superbiam: de talibus enim dictum est, Deiecisti eos cùm extollerentur. Et alibi: Superbis Deus resistit, quia superbiam in eis Deus non fecit, per quam malunt iniustè in

Mat.ii

psa.72  
Iaco.4

audiu

O iiij peccar

peccatum cadere, ideo per peccatum iustè merentur in peccato relinqui. Proinde quia initium malæ voluntatis superbia est, quæ cū ex Deo non sit, perspicuè claret, non ex Deo esse hominibus interitum malæ operationis, sed a iusto iudice retribui malis interitum vltionis. Si voluntatem igitur malam Deus nō fecit, quomodò ergo Deus hominem (quem ad imaginem suam creauit, & sanguine suo regenerauit) destinaret ad malam voluntatem? Quapropter scriptum est, Defecerūt, perierunt propter iniquitatem suam, idcirco iustè est in perditione peccati dimissus, qui propria cecidit voluntate, ac si fieri posset, maneret in opere peccati perpetuus: Ideo non est impunè dimittendus, sed in sempiternum puniendus: Si enim peccator in peccato relinqueretur impunitus, putaretur fortasse Deo placere peccatum, neq; esset Deus iustitię. Iustè igitur est subsequuta seueritas iudicis, vbi præcessit iniquitas peccatoris: illius enim rei tantū est Deus vltor, cuius ipse auctor non est. Patet ergo iniquitatem non esse ex Deo, cū non sit iniquitas in Deo: quod enim in Deo non est sicuti diximus, ex Deo esse nō potest.

Quibus

psal. 72

Quibus perspicuum est, peccati initium ni-  
 hil aliud esse, quàm ordinarum rerum inor-  
 dinatam dilectionem, qua sponte adimitur re-  
 rum ordo, & consequenter vita beata, præter  
 creationem, & primam Dei ordinationem.  
 Demum si prædestinationis causa quærat,ur,  
 non utique alia, quam sola Dei gratuita mise-  
 ricordia reperitur: Sicut enim miseretur Pa-  
 ter filijs ita misertus est Dominus nõ huic, vel al-  
 teri tantũ (vt quarta, quã reiecimus, docuit o-  
 pinio) sed oĩbus timẽtibus eum. Quapropter  
 respexit Dominus super filios hominũ, hoc  
 est, super genus humanum, iuxta beati AV-  
 GUSTINI sententiam, vt videat, si (postquã  
 ducem Dominũ habent IESVM CHRI-  
 STVM, quo possunt ad cœleste regnũ per-  
 uenire) sit aliquis intelligens aut requirens  
 Deum, non quidem solo verbo, & signo ex-  
 teriori (nouit enim ipse abscondita cordis) sed  
 tota mente, atque tota anima. Meritò igitur  
 Deus præparat corde, quærentibus eum ope-  
 ra bona, quibus saluantur: & iuste eadem nõ  
 illis præparat opera, qui potius post concupi-  
 scencias maluerunt ire suas, quàm Dei volun-  
 tatem sequi, qua rectus creatus est homo pri-  
 mus, ac

mus, ac cuncti creati essent, si Adam in ipsa perstitisset rectitudine, in qua cōditus fuerat:

*Mat. 15* De corde enim (sicut veritas ait) exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemix: Nam plantauit nos Deus vineam fructiferā, nos verò conuersi sumus in amaritudinem vitis alienę: hominum enim culpa in quibusdā non verificatur illud, Ego sum vitis, vos estis palmites: sed ego fui vitis, qua nati & in sanguine meo recreati estis, modò autem voluntate vestra, diaboli palmites estis, ferentes amaritudinis fructum. Ideo huiusmodi homines

*Hier. 2* per PROPHE TAM Deus increpat, Scito inquit & vide, quia malum est tibi & amarum, reliquisse Dominum Deum tuum, & non esse timorem meum apud te: Nam iustitiam dilexit Dominus, In his autem qui dominum dilexerunt, bonitatem & suauitatem (scriptum est enim, Quam bonus Deus Israël his qui sunt recto corde, Et alibi, Gustate & videte quam suavis est dominus) In illis verò quos timor domini non apprehendit, seueritatem & iudicium. Iniquos igitur quos præsciuit Deus hanc vitam in peccato

termina-

terminaturos, destinavit supplicio interminabili puniendos, in quo sicut culpanda non est præscientia humanæ iniquitatis, ita destinatio iustissimæ ultionis laudanda est. Fateamur igitur, non ab eo destinatum hominem ad peccatum, quem destinavit peccati merito puniendum. Quos verò præsciuit à se misericordiæ prævenientis auxilio non recessuros, & in se misericordiæ subsequenti auxilio esse mansuros immobiliter, prædestinavit ad Regnum: hoc est præsciuit eum ex gratia & meritis fore beatum, idcirco clamat Regius ille Propheta Psalm. 144. Voluntatem timentium se faciet Dominus, & deprecationem eorum exaudiet: & saluos faciet eos: custodit enim Dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores, intellige obstinatos, hoc est in peccato cupientes vivere semper, disperdet. Vult igitur ipse FVLGENTIVS, Deum, quantum in ipso est, velle omnem saluum fieri hominem, sicuti præcipua nostra quoq; docuit sententia: eam ob rem alacriter ad obiectationum solutiones tacite accedamus.

DISSO-

# DISSOLVTIO TACITA OBJECTIONVM,

*quæ pro quorundam sententia formantur, Germana lo-  
corum sacræ scripturæ, quibus eæ innitun-  
tur, interpretatione inserta.*



**Q**VIBVS hoc pacto constitutis, satis intelligitur, Deū in eo quod ordine prius est, nullum hominem reprobasse, sed in eo quod ordine posterius est, suis quemque meritis potius suo tempore condemnari, adiudicarique pœnis æternis, quod idem est quod ex meritis neprobari. Quæ autem verè est Christiana Philosophia, non in lingua, sed in mente iuuabit eos qui audierunt. Oportet ergo, vt opinor, eum, qui curam gerit veritatis in omnium salutem, non insidiosè, captoq; consilio, ac cura adhibita dictionem ad ornatum dumtaxat componere, sed conari potius vt id quod vult, & comptè, aperte, atque utiliter ad fructum et captum auditorum de singulis differat: eos enim, qui inhærēt nimium dictionibus, & in eis magno studio sunt occupati,

Quid ve-  
rū, quidue  
intelligibi-  
le sit, in di-  
uinis è po-  
tissime cu-  
randum.



cupati, res ipsæ sæpenumero effugiūt. Atq; si agricolæ quidem est proprium, rosam, q̄ in spinis nascitur, citra noxā carpere: & artificis, eā quæ in ostrearum carnibus est iclusa, margaritā eruere: Quantò magis nostrū erit ipsam nudā sic proponere veritatem (dño iubente) vt sine hesitatiōe periculoq; nostro percipiatur ab oībus: Scriptū est enim Habacuc ca. 2. Explana eū super tabulas, id est, plano sermone scribe, vt sine vllō impedimento lector possit percurrere. Similiter Esa. ca. 8. vbi dicitur: Sume tibi librū grādem, & scribe in eo stilo hoīs, cui nempe assuerunt hoīes quodcūq; iubetur planè scribere: vnde operepretiū esse putauimus, Christiane lector, affectatū sermonem, durū et implicatum, atq; prolixitatem fugere oēm. Rem igitur ipsā nuda veritate fulcitā (quāuis trūcata oratiōe) vobis proponimus: diuersitas enim argumentorū, diuersarūq; opinionum haud patitur suauem et fluentem orationem: ob quam rem nos excusatum iri apud omnes speramus. Tempus igitur est, vt ad verum, ac germanum, & intelligibilem scripturarum sensum (quo licēt tacitè, oīa tamen corruunt aduersariorum argumenta) nostra se transferat

P ferat

ferat oratio, & paucis diluamus eorum rationes, qui sese putant ex sacris Biblijs firma habere cōtra nos, ac pro quorundam, quos iam citauimus, sententijs testimonia.

Principiò igitur nō pauci, cūm de prædestinatione, quæ est (sicut diximus) libera diuinæ voluntatis ad perpetuam fœlicitatem omnium hominum institutio, ac de Reprobatione, quæ est iusta ab æterno demeritorum retributio, disputant, confestim ad præscientiam Dei confugiunt, atque ex ea non paucas colligunt conclusiones, quas vt veræ doctrinæ repugnare ostendamus, rursus quædam breuiter de diuina scientia sunt dicenda. Præcipuū autem fundamentum ad intelligendam vniuersam hanc materiam id est, vt omnem quidem in Deo voluntatem, atque omnem cognitionem & duratione esse æterna, & re eadē esse penitus statuamus, sed illa tamen ratione distincta, ordine quoque alia priora, alia posteriora credimus esse. Est ergo in Deo duplex cognitio, quarū alteram (vt tota res melius intelligatur) nostræ cognitionis nominibus vtentes practicam, seu scientiam visionis: alteram speculatiuam, seu scientiam simplicis intelli-

intelligentiæ appellabimus. Speculatiua Dei cognitio ea est, qua cognoscit definitiões et ratioes entiu, ac reru oium naturã, secundũ possibilem existentia, tã earũ q̄ sunt, fuerunt, et erunt, q̄ earum q̄ nunq̄ sunt quidem future, sed in eterna ipsius mente cõspecte, quas si ipse vellet esse, protinus etiã i reru natura existerent. Huius diuinæ scientiæ et potissimũ speculatiuæ cognitionis ea primũ est natura, vt nullã i ponat rebus existendi necessitatem, cũ natura sua solũ reru possibilem existentia ostendat: quia ne vnã quidem rem scientia ipsius, sed volũtas suã inclinãdo potentia i exequendo, res ipsas oes, pro vt voluit, in ortũ et existendi necessitatem adducit, alioquin sequeretur nihil Deum scire præter ea, q̄ re vera fuerũt, vel futura sũt, ac Deum, nõ voluntate, sed scientia quidem sua fecisse quod fecit, aduersus illud Prophetæ. Oia, q̄ voluit, fecit. Ea igitur, q̄ fiũt ab alijs, nõ magis suapte natura producit eius p̄scientia, q̄ nostra cognitio, cũ ea a nobis geri p̄sentes ituemur, nisi dirigendo si fuerit volũtati beneplaciti cõiũcta. Quibus patet: p̄destinationem Apostoli Pauli diuinã p̄cessisse p̄scientia, quãuis p̄scierit Deus etiã q̄ ipse proprie nõ facit, sicut q̄cunq; peccata, nam sunt q̄dam a Deo vti diximus q̄

Speculatio  
ua Dei cog  
nitio.

Psa. iij

P ij ita

ita peccata sunt, vt poenę etiam sint peccatorum : vt indurare cor Pharaonis, & tradere quosdam in reprobā mentem, vt faciant quę non conueniunt. Non igitur ibi peccatū Dēi est, sed iudicium. Secunda huius cognitionis proprietates est, vt rationes quidem, & essentias rerum ordine prius posse esse cognouerit, quàm esse velit, eodem modo sicut faber prius formam domus vniuersalem in mente habet expressam, quàm vllam omnino domū ædificare constituat. Insuper ipsa quoque genera, species, & indiuidua prius esse posse sciuit, quàm fore velit : ea autem existere prius velit, quàm futura sciat. Imò si rectè volumus de hac eius cognitione sentire, omnia quę ali quando futura sunt, siue ipse sit eorum futurus author, siue alij, non tempore, non natura nec ordine antè existere intelligit, quàm re vera esse velit, quamuis ea esse posse ordine prius intelligat, quam sint: sunt verò ea ordine prius, quàm esse cognoscātur, non autem tempore, cū Deus ea vel in causis, vel in seipsis ab æterno sciat, quia æternitas eius, quę mensura est vitę diuinę, vnico momento totam temporis nostri seriem complectitur.

Secundum

Secundū cognitionis diuinæ genus est, quod vocamus practicum, quo dumtaxat ea intelligit, quæ vel facturus est ipse, atque ideo intelligit quia facturus est, vel vt ab alijs fiant, ipse ordinavit, vel postremò fieri contra imperium suum ipse permissurus est. Huius porrò cognitionis ea est natura, vt ordine prius hæc posse aut debere fieri sciat, deinde etiam ordine prius esse velit, quàm re vera futura sciat, quemadmodum aliquis nostrum prius nouit se posse vel debere petere Romam, & prius statuit eo proficisci, quàm se certò profecturum cognoscat. Quia autem hæc cognitio voluntatem ordine priorem requirit, ipsa autem diuina voluntas aliquando non postulet aliquod externum, quod illam impellat, aliquando aliud quippiam fieri prius requirit, eam ob causam statuendum est, quoties huiusmodi quippiam requiritur, tunc semper illud ordine prius esse, quàm ipsam diuinam voluntatem & scientiam. His in hunc modum declaratis, quæ nihil profectò continent absurdi, facilè possumus & grauissimos in hac materia Prædestinationis errores tollere, & valde impeditas quæstiones dissoluere.

Practica  
Dei cog  
nitio.

P iij      Ac pri-

Ac primùm quidem hinc facilè patere potest, eos in maximo errore versari, qui putant Deum sua præscientia Angelorum & hominum opera ordine priùs scire, quàm Angelos & homines ea velle intelligat, ac proinde eorum quidam apertè tolli liberum arbitrium asserunt, licèt quidam tantùm verbo negent: quoniam scientia diuina, quæ nec fallit, nec fallitur, ordine prius futura etiam contingentia sciuit, quàm ea suis in causis & in seipsis cognouit: sed falluntur hi. Nam si Deus præscit res fore priùs ordine, quàm eas esse vel ipse Deus velit, vel nos nostras liberas actiones esse velimus: profectò eius scientia non solum nos, sed ipsum quoque Deum impelleret, vt aliquid agat: sciuit enim ipsæ se in nobis aliquid in tempore facturum, attamen quia sic diuinæ placuit maiestati, libere nos creat & beat. Ideo si tum primùm ea nouisse dicitur, cùm ea homines facere velint, vt re vera est, licèt in esse cognito ab æterno sint in mente diuina, vel in se ipsis vel in causis suis: nec potest profectò nec debet libertas actionum nostrarum impediri eius scientia, et quàmuis ea quæ sunt præscita, si cognita ponantur, necesse sit esse, hoc

esse, hoc est non possunt non esse, non tamen propterea prius necessaria fieri debuerunt, vel ab eo qui presens ea intuetur, fieri compelluntur, quia si Deus aut nos ea esse noluissemus, nec essent, nec eorum existentia fuisset præscita. Secundo soluitur & illa quæstio, quæ multis non parum negotij facessit. Cur Deus creauerit (cum sit ipse creator & iudex) exempli gratia Pharaonem, cuius opera impia fore prius intellexerit, propter quæ vult illum ad æternum destinare supplicium? Dicimus, quia prius ipsum esse Pharaonem & voluit, & sciuit Deus, & summa sua benignitate eum, atque creaturam omnem rationalem ad imaginem suam condidit, atque ad æternam felicitatem destinavit quàm ipsius Pharaonis opera huiusmodi fore intellexit, propter quæ non assequeretur memoratum finem: quia tunc illa impia esse cognouit, licet ab æterno, cum ille infania furens tantis sceleribus diuinæ maiestatis imaginem violauit: Imò si propterea dumtaxat eum creare desisset, quia sceleratum fore intelligebat, & cursum humani generis impediisset & ipsa scientia Dei sine dubio successina & mutabilis esset, cum propter cog-

P iij nitam

Obserua.

nitam futuram impietatem eius hoc consiliū repudiasset, & Pharaon, quem voluit & sciuit esse, non esset (licet aliquo modo Deus possit scire quæ non scit, & non scire quæ scit, vt durandus lib. p. dist. 39. q. 1. & Tho. part. 1. q. 14 ar. 15. docent) si propter bonitatem suam nollet eum creare, quem & voluit & sciuit se creaturum, quod quàm sit indignè aduersus diuinam scientiam dictum, neminem latet: ea igitur quæ Deus scientia visionis sciuit, omnino erunt. Quapropter sentiendum esse prorsus arbitramur quod & si quæ scientia complectitur: mutabilitati subiaceant: ipsa tamen alterationis vices ignorat, vnico enim ac singulari aspectu omnium quæ dici, aut quocunq; sensu excogitari possunt, vniuersitatem claudit: & continet. Adeo quidem sine motu: vt localia sine loco, nascentia sine initio, decedentia sine fine: fluctuantia sine alteratione, temporalia sine mutabilitate et mera sic vniformiter comprehendit, vt ei non præterita transerant: nec futura succedant. Nec mirum hoc in æternitatis statu: nisi quia quidquid ibi est, mirabile est: cum & in nobis mutabilium motū & festinantium cursum aliquatenus quiescēs  
 compræ-



comprehendat aspectus: qui cum innumera-  
bilia claudat, vna tantum est, & indiuidua sub-  
stantia præscientis: eique essentialiter vna: cū  
sibi sit idem esse, & sapientem esse, quamuis  
secundum nostri ingenij captum, scholastici,  
docendi causa, scientiam possibilium specula-  
tiuam appellarunt: existentium vero scientiā,  
quæ Deus fore voluit, practicam nominarūt.

Tertiò ostenduntur & illi toto cœlo ab-  
errare, qui dicere audent, Dominum a regno  
excludere aliquando aliquem statuisse, prius  
non animaduersis malis eius operibus: volun-  
tas quippe puniendi, atque æternis supplicijs  
aliquem afficiendi in mitissimo atque clemen-  
tissimo Domino, certè non potest esse in illo  
genere, quæ non requirat aliquam in alio cau-  
sam: non enim aliquid, cuius ipse est prorsus  
author, castigat. Hanc igitur causam omnes  
scripturæ clamant esse peccata, ergo prius or-  
dine oportuit esse peccata, quam vel punien-  
di voluntatem, vel etiā cognitionem quòd  
sic esset puniendus, cū illa ipsa cognitio (si-  
cut docuimus) memorata sit puniendi volū-  
tate ordine posterior. Posset autem hîc ali-  
quis Pela-

Obiectio  
Pelagiana

Osea. 13

Soluitur ar-  
gumētum  
quod pri-  
ma opinio  
ne a fertur  
ratiōe præ-  
scientiæ di-  
uinæ.

quis Pelagianus argumentari, eodem quoque modo statuendū esse de bonis operibus, quod ea sint causa prædestinationis, sicuti mala sunt causa voluntatis destinandi ad supplicium, hoc est, reprobationis, Sed nulla est sine dubio hæc argumentatio, quia non est eadem ratio salutis nostræ & interitus. Perditio enim nostra clamante PROPHETA, ex nobis est, & ex Deo tantummodo salus: Valeret autem hæc ratio, si non bonitas eius nullis incitata operibus nos ad salutem cōdidisset, si dignitas operum nostrorum impellere posset eius voluntatem ad ea nobis bona tribuenda, quæ transcendunt omnem humani ingenij captum: postremo, si ea ipsa opera non essent ab ipsis liberalitate profecta, aut si nostris essent viribus adscribenda. Quamquam igitur prænoscat Deus determinatè, scientia tamen visionis, omnium hominum opera finaliter futura, non est tamen ex eo, consequens, homines suis bonis operibus prædestinari, ut Pelagiani volebant, contra quos præcipuè aliquot de prædestinatione ediderunt libros B. AVGVSTINVS ET PROSPER.

Primum

Primùm enim, non magis sunt passiones hu-  
ius mundi cõdignæ ad futuram gloriam quæ  
reuelabitur in nobis, quàm finiti ad infinitum  
fit certa proportio. Deinde etiam si aliqua re-  
periatur inter gloriã & passiones similitudo,  
cùm omnis nostra sufficientia sit a Deo, faci-  
lè patet, Deum neminem ad vitam æternam  
prædestinasse, quòd bona eius futura prævide-  
rit opera, cùm ipsa etiam opera nulli ad futu-  
ra, nisi ipse dedisset, intelligeret.

**S**Icut autem quidã inimici gratiæ, vt osten-  
dant ex operibus homines prædestinari,  
confugiunt ad præscientiam: ita ex aduerso, li-  
bertatis hostes causam reprobationis, quam  
in ipsis reprobis quærere debebant, in cõsilio  
diuino, atque odio, quod legunt ad Roma-  
nos nono, inuenire conantur. Sed profectò  
Dominus non est mortis cuiusquam author,  
nec in ea lætatur. Cùm tamen haud dubiè, si  
author eius esset, oporteret eum in ea letari,  
tanquam in opere suo bono: lætatur enim De-  
us in omnibus suis operibus. Cùm igitur dili-  
gat Deus omnia, quæ fecit: nihil enim (inquit  
ille) eorũ quæ fecisti, odisti, nec odiens aliquid  
constituisti

constituisti: manifeste colligitur, quod Esau non proprie dicatur habitus odio, sed comparatiuè, vt suprà probatum reliquimus: præterea neq; Deus adaptauit vasa iræ, id est, iustitiæ ad interitū peccati (sed ad interitū supplicij sustinuit), sicut vasa misericordiæ in gloriam, vt textus habet. Ipsa verò suo tempore seipsa, peccata perpetrando, dānationi adaptauere, vt patet testimonio B. AVGVSTINI suprà citato. Quoniam nō vult Deus mortem peccatoris, sed supplicij, si nollet in Deum cōuerti, vt viuere possit non solūm corporali, verūm etiam æterna vita. Non igitur iniqui destinati sunt ad mortem animæ primam, hoc est vt peccent, sed ad secundam, nempe ad stagnum ignis & sulphuris ob peccatum, de quo IOANNES dicit: Et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris. Et alio in loco: Et mors & infernus missi sunt in stagnum ignis. Rursus *Apo. 21* ait: Dubijs autem & infidelibus contaminatis, homicidis, impudicis, veneficis, idolis seruientibus, & omnibus mendacibus pars eorum in stagno ardenti & sulphure, quod est mors secunda. Meritò igitur perdidit vitam  
 qui mortem

qui mortem cauere noluit, ne vitam perderet. Et propterea non sine causa conqueritur Deus apud **ESAIAM**, Tota die, inquit, *Esaiæ*  
 expandi manus meas ad populum incredu- *Cap. 63*  
 lum, & contradicentem inueni eum semper: Ideo de ipsorum ingratitude & contumacia queritur: atque hinc demonstrat nullam esse causam, cur sibi iniuriam fieri quisquam dicat, si Dominus alio se vertat, & gratiam in alios suam conferat, cum superbiunt quidam, quasi suo merito electi essent, ac ita securè fore se beatos putant, vt licitum sibi sit in vtramque, vt dicitur, dormire aurem: quidam verò se ignauix prorsus dant, dum diabolica persuasione se de numero predestinatorum aut reproborum esse iudicant: Eam ob rem iustus Deus ob ingratitude & ignauiam istam hos omnes, tanquam indignos, reijcit, atque exprobrat, quòd frustra expanderet manus suas vt hos adduceret, sibi que iungeret: quotidie & variè eos inuitando: nam aut re aut verbo nos ad se allicit, quoniam paratus est ipse **DEVS** manum (qui sua voluntate hominem creauit ad vitam beatam,  
*anclud* **Q** suaque

suaque misericordia omnem etiam redemit  
 hominem) cū nobiscum loquitur, porrigere  
 suam, nos amplecti, & paternam sollicitudi-  
 nem ostendere, quod nostræ tantummodo  
 culpæ sit, nisi inuitati pereamus: fuimus enim  
 edocti sæpius ac moniti, sed homines peccato-  
 res seu reprobī proterue omnia monita in su-  
 am & in filiorum suorum perniciem reiece-  
 runt: verū multa solū sua gratia facit De-  
 us sine nobis, vt quum operatur in nobis pos-  
 se & velle credere, aut bonum iustitiæ: facit  
 enim ipse Dominus nos facere, testimonio  
**EZECHIELIS** Prophetæ cap. i. quāuis  
 ea non sic operatur in nobis, vt ea inuitis no-  
 bis per nos efficiat, sed primū Deus prorsus  
 gratis a corde duritiam, a mente tenebras, &  
 a voluntate remouet sensualitates: Deinde nō  
 renitentibus confert donum fidei, & iustitiæ,  
 per quam nos & in filios & hæredes suscipit.  
 Ideo Beatus **AVGVSTINVS** libro  
 de gratia & libero arbitrio cap. 16. scriptum  
 nobis reliquit, Certum est (ait) nos facere,  
 cū facimus, sed ille facit vt faciamus, præ-  
 bendo vires efficacissimas voluntati, qui di-  
 xit faciam, vt in iustificationibus meis am-  
 buletis,

būletis, & iudicia mea obseruetis, atque faciatis. Cūm dicit, faciam vt faciatis, quid aliud dicit, nisi auferam a vobis cor lapideum, vnde non faciebatis, & dabo carneum; vnde faciatis, quo quidem ad iustitiam perueniatis liberè atque absolutè.

Cūm autem nos suscipit hæredes, non ille solūm nos reddit iustos ea iustitia, qua **CHRISTVS** est iustus, vt obiter etiam hanc vèritatem paucis probemus: verūm etiam ea iustitia, quā infundit Deus per Spiritum sanctum in cordibus hominum: sicuti non intelligimus lumine, quo **CHRISTVS** intelligit, sed lumine quodam diuinitus in nobis creato per **CHRISTVM**, ipse enim ait: Ego sum lux mundi: Nam quos iustos esse sacra testatur scriptura, eos tāquam Deos esse asserit, eosque apud **IOANNE M**, fieri filios Dei ex Spiritu sancto natos & regeneratos, docet. Similiter **PAVLVS**, non ex operibus, inquit, iustitiæ quæ ipsi fecerimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum

Digressio  
in qua p  
batur gra  
tia seu iu  
stitia in  
hærens.

Ioan.  
cap 3.

Q ij regene-

*Iacob  
cap. 1.*

regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per IESVM CHRISTVM seruatorem nostrum. Item Iacob ait: voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Idem probant scripturæ, quæ iustos esse pronunciant rectos corde, conformes imaginis filij Dei, ambulare in nouitate vitæ, in ipsis viuere CHRISTVM, & sanctificatos esse, ablutos esse, & mundatos esse: quæ quidem omnia iustis competere non possunt, nisi insit his aliquod internum gratiæ donum, vt docet beatus AVGVSTINVS lib: de spiritu & litera, cap. 9. Iustitia, inquit, Dei manifestata est, non hominis iustitia, aut proprie voluntatis, sed qua Deus induit hominem, cū iustificat impiū. Et infrà: Iustitia Dei sine lege est, quā Deus per Spiritum gratiæ credenti confert. Insuper eiusdem libri capite decimo septimo, in vetere lege in tabulis lapideis digitus Dei operatus est, in noua autem lege in cordibus humanis: ibi ergo lex extrinsecus posita est, qua iniusti terrentur: hic intrinsecus data est, qua iustificarentur. Item AVGVSTINVS, de pecca. merit. & remis. Iustifi-



Iustificantur, ait, in Christum qui credunt in eum, propter occultam communicationem gratiæ spiritualis, qua quisque hæret Domino, atque est vnus spiritus cum Domino. Et in epistola ad Honoratum de gratia noui & veteris testamenti. Non fit, inquit, anima iusta, nisi participatione melioris, quæ iustificat impium, quam ipse **AVGVSTINVS** explicans: hæc (ait) est iustitia Dei, nempe charitas sincero & casto timore, timens ne a gratia, seu a dono excidat, quod Deus donat homini, cum iustificat impium. Idcirco in **CONCILIO TRIDENTINO** ordinatum est, vt si quis dixerit hominem sine **CHRISTI** iustitia, per quam nobis meruit iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustum esse anathema sit. Et alibi: Si quis dixerit hominẽ iustificari vel sola imputatione iustitię **CHRISTI**, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate, quæ in cordibus eorũ per spiritum sanctum diffundatur atque illis inhæreat: aut etiam gratiam qua iustificamur, esse tantũ fauorem Dei, anathema sit. Sed ad negantes liberum absolutè hominis assensum nostra se conuertatur oratio.

Aug. epist.  
stol. 20. ad  
honoratũ:

Q iij Ex his

Ex his autem nullus relinquitur amplius  
 illi vulgatae quaestioni locus, in qua quaeritur,  
 cur duobus audientibus, verbum Euangelij,  
 alter illorum assentitur praedicationi, alter non  
 assentitur. Nihil profecto opus est, ut confugi  
 amus ad illam quorundam responsionem, et  
 dicamus alterum a patre tractum, alterum non  
 esse tractum, utrunque enim per hanc praedi  
 cationem docuimus esse tractum. Nihil eti  
 am opus est ut dicamus Dominum voluisse  
 alterum eorum conuerti, alterum autem non  
 voluisse, quia omnes vult saluos fieri, & quan  
 tum in ipso est, tam eos congregare vult sub  
 alis suis, qui congregari recusant, quam eos, qui  
 re vera congregantur, licet quibusdam suffi  
 cientia tantum, quibusdam superabundantia  
 dentur dona. Quamobrem ij qui ad CHRIS  
 TVM conuertuntur, audacter & absque  
 vilo arrogantiae periculo respondere poterunt,  
 se ideo esse Christianos, quia ipsis ita quoque  
 visum est. Cum vero ita respondent, non ne  
 gant Deo ita quoque primum ac precipue vi  
 sum esse. Praeparatur enim voluntas hominis  
 a Deo, sicut ait B. AVGVSTINVS libro  
 secundo de bono perseuerantiae. Et in exposi  
 tione

tionē præmij **LVCÆ**, super illud: visum est mihi, beatus **AMBROSIUS** ait: ipsi non solum visum esse, quod declarat uisum esse: Nō enim uoluntate tantum humana uisum est, sed sicut placuit ei, qui in me loquitur **CHRISTVS**, qui, ut id quod bonum est, nobis quoque bonum uideri possit operatur: Quem enim miseratur, & vocat. Non igitur solum, quia docemur a patre, credimus ei, sed quia volumus: nam omnes re aut uerbo edoctos homines, **PROPHETÆ** docent, licet non omnes credant.

Solui etiam ex dictis alia quædam huic non dissimilis quæstio potest. Quærent aliqui, cur Dominus aliquibus tantum dumtaxat auxilij ad salutem largiatur, quantum satis illis esse queat, si modo rite diuino beneficio utantur, alijs autem tam copiosam gratiam conferat, ut non solum possint, uerum etiam & possint & faciant ut salutem consequantur. Qui hoc quærent, nihil uidentur aliud quærere, quam cur Dominus non dederit omnibus eosdem gradus gratiæ. Cùm ergo solutio sit in promptu, sunt qui nodum in scyrpo

Auxilium  
sufficiens.

scab

Q u i i j . quæren-

quærentes, Dominum dicant præcognoscentem, neutrum, sufficienti gratia adiutum, surrecturum, alijs dedisse solùm sufficientem vt surgere possent, sed non vt surrexerint, alijs autem vberiozem, non vt tantùm possent surgere, sed vt omnino ac infallibiliter surgerēt. Primùm hæc responsio ex ipsis verbis prima fronte videtur inepta: Deinde quæro ex istis, quid si illi, quibus facultatem solam surgendi præbuisse dicitur, vsi ea facultate fuissent (quod fieri potuit, alioqui ne facultas quidem esset) re vera surrexissent, nõne consilium Domini, qui solum illos surgere posse voluit aliquando falli frustrarique posset? Insuper parũ refert quòd adhuc alia ab ea, quæ dat posse, requiratur gratia, quia si id quod debet cum gratia, quæ dat posse, faciat homo, haud dubiè gratiam, quæ dat facere, obtinebit: quòd si nõ: & facienti quod in se est gratia denegatur & Deus hominum irrisor & illusor cõstituitur, quamuis non constitueretur iniustus: quandoquidem opera omnia, quæ iustificantem gratiam præcedunt, haud ipsam merentur. Præterea si dominus illis, quibus magis copiosam gratiam largitur, primò statuit solùm dare

dare sufficientem, deinde videt eos non surrecturos, & propterea maiorem largitur, quæ demum omnino surrecturi sunt, nonne eodem modo scientiam Domini falli, atque aliqua velut successione variari, necesse erit? Quare nihil opus est cōfugere ad has ambages, cum per se pateat, non esse magis quærendum, cur diuersos inter homines voluerit esse gratiæ gradus, quàm cur non omnes res creatas inter se voluerit esse æquales. De cuius quidem absurditate quæstionis etiam paulò post agemus. Ad præsentem autem quæstionem respondentem dicimus, quòd Deus omnium pater omnibus sufficientem gratiam (qua potuissent, si voluissent, saluari) conferre ab æterno decreuit, licet bonitate sua quibusdam maiores gratiæ gradus dare ab æterno instituerit, vt diuerso quoque modo sortiri possent beatitudinis gradus. Multæ enim, ait **CHRISTVS**, mansiones sunt in domo patris mei, Ioa. 14  
 Et alibi: An non licet mihi de meis facere quod volo? Accipe ergo, quod tuum est & uade, hoc est, donum diuinum gratis tibi datum, quo possis beari: mat. 20  
 His itaque

His itaque de præscientia diuina, de dilectione, atque odio Dei, de causa salutis, & reprobationis, de originæ nostræ in Deum conuersionis, et postremò de vi ac necessitate gratiæ, liberiq̄ue arbitrij cum ea coniunctione declaratis, facile nobis erit reliquas soluere cõtra sententiam nostram obiectiones. Affertur autem præter hæc pro eorum opinione, qui plus æquo viribus nostris tribuunt, historia Cornelij, cuius plena pietatis opera etiam ante gratiam & iustificationem in scriptura prædicantur: ex quibus colligunt, eum primùm aut solis viribus liberi arbitrij & fident, & gratiam fuisse promeritũ. Sed profectò nihil obest hæc historia sententiæ nostræ, quia Cornelius suis donat taxat viribus naturæ, nec fidem, nec primam meruit gratiam (non enim gratia esset gratia, si meritis redderetur. Similiter nec fides esset Dei donum) sed sua misericordia Deus, qui nulli vnquam hominum generi, etiam post multa perpetrata peccata, ad salutem defuisse, pie creditur (quum enim homines defunt, Angelorum ministerio subuenit) eo ipso instanti, quo ratione uti coepit Cornelius, lumine quodã particulari ipsum adiuuit, ut se atque

vt se atque actiones omnes suas in posterum  
 futuras ad Deum verum ac æternorum bo-  
 norum remuneratorem implicite in Christū  
 credendo, dirigere posset, vt̄ in adultis omni-  
 bus fieri multi rectē sentientium, & præcipuē  
**CHRYSOSTOMVS** super caput primū  
**IOANNIS: & B. THOMAS** .i. & .2. q.  
 89. ar. 6. docent, quibus in **CHRISTI** eccle-  
 sia meritō magna tribuitur authoritas. Quod  
 quidem peculiari auxilio præuentus, faciens  
 ipse, & peccati originalis remissionem, & fi-  
 dem, licet confusam, & gratiam, non meritis  
 operum, quāuis non sine illis obtinuit, vt in  
 Actis Apostolorum habetur, perque Chri-  
 stum tandem salutem acquisiuit, cuius fides *Cap. 10.*  
 explicita est, atque tempore omni fuit ad salu-  
 tem fortasse necessaria, licet per fidem, quam  
 habet de Deo vero & æternorum bonorum  
 remuneratore (accedentem enim, inquit Pau- *Heb. 11*  
 lus, ad Deū oportet credere, quia est, & quia  
 remunerator est) possit quis detestari pecca-  
 ta, & per gratiam remissionem peccatorum  
 consequi: ad gloriam autem Dei patris conse-  
 quendam, opinamur forte non sufficere Chri-  
 sti fidem implicitam, sed adhuc quædam eius-  
 dem fidei

Fides christi explicita ad salutem necessaria.

dem fidei explicita requiri, Idcirco piè credimus, quod nunquam permittet Deus huiusmodi mori hominem absque fide CHRISTI explicita: quàmuis omnis modus, quo CHRISTVS hac in re vtitur, nos lateat. Ideo nō est (meo quidē iudicio) admittendus casus, in quo aliquem occupet mors in statu gratiæ, antequam quicquam de CHRISTO mediatore audiuerit & crediderit: quia esset concedere posse aliquem sine fide CHRISTI explicita saluari, nō solūm a peccatis, sed salutem consequi, quod est fortasse falsum: nā videtur contra ipsius CHRISTI sententiā, quando dictum est non esse aliud nomen sub cœlo hominibus datum, in quo oporteat nos saluos fieri: quapropter semper mysterium incarnationis CHRISTI aliquo modo necesse fuit esse creditum apud omnes: diuersi modè tamen secundum temporis ac personarum diuersitatem: nam ante lapsum homo habuit explicitam fidem de CHRISTI incarnatione, secundum quod ordinabatur ad gloriæ consummationem, quando quidē benignus pater ipsū destinauit CHRISTVM ante cōstitutionem mundi in gloriam nostrā, præter ea



præterea scriptū est: Propter hoc relinquet ho-  
 mo patrē et matrē suā, et adherēbit vxori suę.  
 Et ad Ephe. Paul. ait. Sacramētū magnū esse *Eph. 5*  
 in Christo et Ecclesia, hoc autē Sacramētum  
 haud credibile videtur Doctōri Angelico  
 primū hoīem ignorasse, Post verò Adami pec-  
 catū, antequā lex Christi promulgaretur, o- *2.2. q.2*  
 portuit esse creditum apud oēs, mediatorem *art. 7.*  
 Dei et hominū fore ad salutē necessariū, quā-  
 uis indefinitē, & confusē: vnus enī est & solus  
 mediator, intellige redēptionis & recōciliatio-  
 nis Dei & hoīum. Verū vbi Christi euāgeliū  
 prædicatū fuit, aut alio quouis modo ad eorū  
 peruenierit notitiā, fides Christi explicita est  
 ad salutē prorsus necessaria, magis minusue se-  
 cundū personarū qualitātē: quia plura tenētur  
 maiores credere explicitē, quā singuli de ple-  
 be, quę ex sapiētum meditatiōe pabula sumit.  
 Quāobrem B. Augustinus Hypogno. 3. fide  
 inquit, nō alia nisi quę nunc est, salui facti sunt  
 omnes sancti, qui ab exordio vsque ad finem  
 mundi salui facti futuriq; sunt: cū ergo hæc sit  
 supernaturalis fides, fit vt talis semper fuerit  
 quę licet publicē apud omnes nō esset diuini-  
 tus promulgata, infundebatur tamē latēter ser-  
 uantibus

uantibus ius naturæ per Dei gratiam. Cùm ergo videntur hi a Domino edocti, & in eius vtero concepti, oportet fateri, ab ipso ali primùm lacte, deinde solido cibo, donec adolefcāt, ac viri euadāt, sicuti inquit PAVLVVS. *107.14* Infuper & ipse CHRISTVS dixit: Ego sum via, veritas, & vita, nemo venit ad patrem nisi per me: paratus tamen semper ipse est omnes patris voluntatem facientes, ad ipsum adducere patrem, atque inde *Cap. 34* HIEREMIAS ait: Si direxerit cor suum ad Deum, spiritum illius & flatum ad se trahet. Vnde qui Dei patris internam amplectuntur inspirationem, efficiuntur eius filij, nō quidē quasi per opera meritoria (dictum est enim vtrumque fuisse Dei donum) sed solūm per dispositoria, sine quibus adultorum nemini cōfertur gratia iustificans. Non igitur quia sumus dispositi, Deus nobis donat gratiam, nihilominus tamen nō sine præuia dispositione donat. Nam cor contritum et humiliatū Deus non despicit. Et perpetuò Deus libera sua volūtate bene per ipsius auxilium dispositis gratiam confert. Eā porrò dispositionem congruā ad recipiendam gratiam, absque violatione scripturæ,

pturæ, cōgruè meritū quoq; vocari posse cre-  
 diderim. Congruū enim idē est quod decēs:  
 Decēs autē est illud, quod ex suppositiōe diui-  
 næ bonitatis semper fit: Fit autē semper, vt pec-  
 cata detestātibus, fidē & iustificatē gratiā, obli-  
 tus peccatorū nostrorū Dominus, largiatur.  
 Quòd si aliquid præter id, quod nūc diximus  
 huic merito tribuunt, putarē sanè hoc meritū  
 nullū penitus ex scripturis habere fundamē-  
 tū, imò potiùs, & illis, & gratiæ quā maximè  
 aduersari. Diuini enim muneris est, dare cor  
 nouū, vt in iustificationibus eius ambulemus,  
 quod pertinet ad bonæ voluntatis initiū: Dat  
 enim Deus ipse, vt iudicia eius obseruemus, et  
 faciamus quod pertinet ad bonæ operationis  
 effectum: Dat quoq; tandem notitiā IESV  
 CHRISTI SERVATORIS NO-  
 STRI, cuius merito salui fiunt homines.  
 Vnde sentimus Dei esse, & vt bonum face-  
 re velimus, & vt bonum facere valeamus.  
 Non enim est aliud facere voluntatem Pa-  
 tris, quàm facere opera, quæ nobis inspirat,  
 & in nobis operatur voluntas eius. Dicat igitur  
 semper oīs adultus, qui per Dei gratiā illu-  
 minatus est: Cōfirma hoc Deus, quod opera-  
 tus es

R ij tus es

tus es in nobis, quod sanè (sub Dei nomine) omnibus non deserentibus priùs Deum, pollicemur.

**C**Æterùm sicut proximè allata historia Cornelij non iuuat eos, qui putant operibus nostris deberi gratiam, ita oppositã propè sententiam, quæ omnia fere tribuit electioni ac reprobationi diuinæ, non confirmat sententia Apostolorum Actũ decimo tertio. Sũt enim qui magnum se putant habere præsidium peculiaris aliquorũ electionis, ex eo quòd legunt CHRISTVM in actis præcipuè ad Iudæos missum, & quia eos solùm fidem habuisse prædicationi Apostolorum legimus, quos illa ipsa scriptura ad vitam fuisse ordinator testatur. Quare vt hoc argumentum soluamus, ipsa verba scripturæ, quæ contra opinionem nostram citantur, afferemus, & breui eorum explicatione, ea sententiæ nostræ nõ aduersari, ostendemus. Narrat igitur **LUCAS**, quòd postquam **PAVLVS** et **BERNABAS** Euangelium (quod est in salutem omni credenti) Iudæis prædicauere, eos in credulos & blasphemantes inuenerunt: eam ob rē dixerũt: vobis o Iudei oportebat ~~rem con-~~  
primũm

Act. 13.

primùm loqui verbum Dei, licèt Deus etiã  
 veller feruare gentes: non est enim apud Deũ  
 Iudæus aut Græcus, quia vult omnes feruare  
 homines, quos ad imaginem suam creauit &  
 ad gloriam, eosque formauit, adeoque redē-  
 mit, vt visum ipsis cœcis restituat, surdosque  
 sic liberauit, vt auditum recuperent, nisi Spiri-  
 tui sancto restiterint: Primum enim locũ (non  
 aut̃ omnem) voluit Dominus in prædicatione  
 Euangelij obtinere Iudæos. Nō enim ita præ-  
 dicari Iudæis voluit, vt si ab illis admitteretur,  
 non annunciaretur gentibus, alioquin irrita  
 essent & falsa omnium Prophetarum de gen-  
 tium vocatione vaticinia: ordinem enim Do-  
 minus instituit huius salutaris nuncii, vt ab  
 Hierosolymis profecti eius ministri, primũ,  
 veterem ac dilectum Dei populum ad fidem  
 filij sui conuerterent: Deinde per vniuersum  
 terrarum orbem Euangelium propagarent.  
 Quoniam autem vos repulistis illud, & in-  
 dignos vos iudicatis æternæ gloriæ: & quan-  
 quã multũ gloriãmini, quòd CHRISTVS  
 in persona solũ missus fuit ad oues quæ pe-  
 rierant domus Israel: ecce tamen, vobis, sicut  
 oportebat, non prius conuersis, conuertimur

R iij ad Gentes,

His verbis  
quidā pu-  
tāt nō om-  
nes fuisse  
ad regnū  
prædesti-  
natos.

ad Gentes: sic enim præcepit nobis Dominus. Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Audientes autem Gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini, & crediderunt quotquot erant, ceu omnes, qui erant præordinati ad vitam æternam: Dictum autem toties est & perspicuè probatum in eo quod ordine prius est, nō eos solūm qui crediderunt, sed omnes penitus homines fuisse creatos & ordinatos ad gloriam seu prædestinatos: in eo verò quod ordine posteriorius est, tales esse præscitos quales futuri erant. Non igitur indè sequitur, quosdam ab æterno fuisse electos, & quosdam absque præuisa culpa fuisse repulsos: quoniam multi ex his qui tunc crediderant, in fide accepta (in qua poterant saluari) nō permanserūt. Quomodo ergo, vt quidam opinātur, hi fuere prædestinati: cum ipsi doceant prædestinatos omnino fore beatos, sed memor fuit Petrus volūntatis & misericordiæ Dei, & meriti CHRISTI. Ex quo manifestè sequitur id, quod prope solum in hoc libello probatum cupimus, non omnes, quos ipsa scriptura testatur ad vitam creatos & ordinatos, quātum erat ex parte diuinæ

te diuinæ voluntatis, eam re vera consequutu  
ros: Atque ea de causa PETRVS eos hor-  
tatur in fide formata viuere semper: Fratres,  
inquiens, satagite, vt certam faciatis vestrâ vo-  
cationem ad fidem, & electionem ad vitam  
æternam: sic enim proprie & rationabiliter  
hunc explicare locum visum est Patribus.

2. Pet. 1

PRæterea nihilo magis confirmatur hæc de  
quorundam electione sententia CHRIS-  
TI apud IOANNEM, oratione, in qua  
non homines omnes, sed solos Apostolos, &  
eos qui per eorum prædicationem erant cre-  
dituri, Deo patri commendat. Migraturus  
quippe Dominus IESVS ad Patrem, egre-  
gie administrata prouincia sibi in hunc mun-  
dum venienti a Patre delegata, cū præsentem  
oculis corporeis intueretur eos, qui ex tã mul-  
tis hominum millibus doctrinam eius acce-  
perant, ac spiritu quoque cernens eos, qui  
vsque ad consummationem seculi eandem e-  
rant amplexuri, atque ea ratione, non tanquã  
creator omnes ad salutem ex nihilo conditos  
ante oculos habens, sed illos dumtaxat, quos  
in posteriore naturæ signo effectum prædesti-

104.17

R. iij nationis

nationis consecuturos intelligebat, non im-  
 meritò Deum Patrem suum alloquitur ad hunc  
 modum dicens. Non pro his qui mundo vi-  
 uunt, nunc rogo: quid enim opus est eorum  
 salutem tibi commendari, qui eam omnibus  
 modis aspernātur: sed pro his Apostolis quos  
 dedisti: tui enim sunt re vera ab æterno scilicet  
 electi ut sint mecum. Ex ijs enim ne vnus  
 quidem perijt, nisi filius perditionis, qui toties  
 a te tractus diuinis & quotidianis meis conci-  
 onibus, audiuit quidem doctrinā cœlestem,  
 sed verè eā fide recipere atque addiscere spon-  
 te recusauit. Ideo subiungit. Pater sancte, serua  
 eos in nomine tuo, quos mihi dedisti (videli-  
 cet ut mihi in hac vita seruiant, & indiuidui  
 mihi sint comites vsque ad mortem, ita post  
 mortem, pro nomine meo omne genus iniu-  
 riarum, ac suppliciorum patiantur) ut sint v-  
 num in charitate et æterna gloria, sicut et nos.  
 At quia non erat Apostolorum tantum sal-  
 uator, sed & mundi, & quia non solos Apo-  
 stolos obtemperaturos Euangelio volebat,  
 atque præuidebat, suam sequitur petitionem  
 dicens: non pro his rogo tantum, sed pro eis  
 qui credituri sunt per verbum eorum in me,  
 ut omnes



vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credit mundus, quia tu me misisti, vt supple: saluificem mundum. Ex quo etiã & hoc quod saprà notauimus liquet, non satis esse a Patre gratis audire, verùm opus esse ab eodem voluntariè discere. Non enim audientes legem, sed discentes & facientes iustificabuntur.

**H**Abemus ergo neq; peculiarem **CHRISTI** ad Iudæos missionem, neque eorũ, quos scriptura docet ad vitam ordinatos, fidem, neque illam **CHRISTI** oratione quicquam fulcire vel ad stabiliendam quorundam ab æterno absque operibus reprobationem, vel ad confirmandam quorundam ex corrupta massa electionem, aliorum verò derelictionem, non habita ratione culpæ. Omnes (sicut toties diximus) clementissimus Dominus creauit ad salutem, atque omnes post lapsum (quos meritò relinquere poterat in ea miseria, in quam Adæ culpa coniecti fuerant) ab æterna damnatione **CHRISTI** passione redemit. Pro omnium hominum enim liberatione, quos sub peccati Iugo, vetusta seruitus tenet,

uitus tenet, catholica rogat Ecclesia. Vnde sanctissimus Leo Papa in sermone de natiuitate Domini ait. Nemo ab huius alacritatis participatione fecernitur: vna cūctis lætitiæ communis est ratio: quia Dominus noster peccati mortisq; destructor, sicut nullum a reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit: hæc ille. Nec cōtētus fuit Christus hoc genere humanitatis, quod ipse scelerū nostrorū pœnas in corpore suo tulit, verū etiam perfectissima vita nobis ad imitandū proposita, omnia nostra vitia profligare, atq; omne genus diuinarū virtutū docere, atque animo nostro imprimere curauit. Poterat ipse quidē alia ratiōe minimo negotio, pro peccato generis humani satisfacere: cū tamē nollet tātā trāsgressionē impunitam relinquere, medici præstātissimi personā assumens, & reatum nostrū cruciatibus suis sustulit, & vitam exemplo reparauit. Nā quæ superbia sanari potest, si humilitate Filij Dei non sanatur? Quæ auaritia sanari potest, si paupertate Filij Dei non sanatur? Quæ iracundia sanari potest, si patientia Filij Dei non sanatur? Quæ impietas sanari potest, si charitate Filij Dei non sanatur?

Quæ

Quæ denique timiditas sanari potest, si Chri-  
 sti resurrectione non sanatur? Quòd autem  
 hâc medici & redemptoris personam indue-  
 rit, peccatum, (sicuti dixi) fuit in causâ. Quòd  
 si innocentiam originis nostræ non amisisse-  
 mus, nil fuisset opus, vt veluti medicus venis-  
 set ad ægros, veluti redemptor ad captiuos. Ni-  
 hilominus tamen (vt obiter nec inutilem, nec  
 cõtrouersia carentem quæstionem paucis at-  
 tingam) humanã meo iudicio assumpsisset na-  
 turam: Etenim cum mecũ ipse reputo Chri-  
 stum esse, quem sancti omnes in virtute & o-  
 peribus suis essent glorificaturi, cum legam in  
 scripturis sanctis eum esse, qui fuerit ante mũ-  
 di fundamenta caput constitutus electorũ, cũ  
 sanctum THOMAM eius incarnationem  
 omni tempore, etiam ante lapsum, fuisse ad sa-  
 lutem necessariò creditam, secundum quod  
 ordinatur ad consummationem gloriæ ipsius  
 Adę, docere secũda. 2. ar. 7. q. 2. videam: (licet  
 apertè in tertia parte oppositũ ipse defendat)  
 intelligo profectò calamitatem nostram fuis-  
 se causam, cur talis venerit, qualem videmus:  
 non tamen fuisse causam, cur omnino venire  
 statuerit. Elegit inquit, APOSTOLVS, nos  
 in CHRI-

in CHRISTO ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati: ex quo satis intelligitur, Deum in humanæ naturæ gloriã, ante secula sapientiam suam prædestinasse, ut carnem assumeret, etiamsi nulla alia causa veniendi accessisset. Præterea quis prudens sibi persuadeat, quòd tãto honore peccator affici debuerit, et iustus illo carere? Authoritates igitur tũ scripturarũ, tum patrum, quę cõtra hoc quod scripsimus vidẽtur facere, supponũt Adæ lapsum, idcirco sic loquuntur: nos autem Christum esse electorum caput, ante mundi constitutionem ordinatum, quàmuis Adam non peccasset, cum Apostolo iudicamus.

vera intel  
ligẽtia au  
thoritatu

Sed hæc licet non penitus extra rem sint, ad institutam tamẽ disputationem redeamus, in qua paucis diluenda est frequens illa et vulgata de pueris ante rationis vsum discedentibus, dubitatio. Est quidem maxima de pueris difficultas, sed ea tamen tota sine dubio tollitur, si demonstrabimus & salutem eorum et interitum optimè posse accommodari ad ea, quæ de prædestinatiõẽ ac reprobatione sunt a nobis definita. Id autem breuiter hac ratione demonstrare possumus, & primùm de ijs qui  
saluantur

saluatur. Sicut ergo omnes homines Deus in primo nature signo ad salutem predestinavit, ita certe pueros quoque predestinavit: deinde sicut in eo quod ordine posterius est, aliquos ex adultis consecuturos eius auxilium atque effectum etiam predestinationis, hoc est vitam æternam preuidit: ita quoque quosdam ex pueris gratiæ futuros participes ex eadem misericordia salutem consecuturos animaduertit, illos videlicet, quibus per Sacramenta aut per martyriū passionem Filij sui applicandā cognouerat. Quod autem ad interitum eorum, seu potius ad priuationem visionis diuinæ attinet, meminisse primū oportet, quod sicut primaria peccati diuisione duplex reperitur peccatum, quorum alterum vocamus peccatum originis, quod est animæ vitium ex peccato primi parentis in nos propagatum, & cū eo commissum voluntate quidem interpretatiua: alterum actuale, quod nos accepto vsu rationis sponte committimus: ita quoque duplex est post hanc vitam peccato constituta poena, quarū prima vocatur priuatio diuinæ visionis, qua sola puniuntur maculati originis peccato: secūda appellatur poena sensus, quæ cōiūgitur

S cum priori

cum priori in illis, qui posteriori quoque culpa polluti inueniuntur. His in memoriã reuocatis dicimus, benignum simul ac iustum Dominũ in secundo dumtaxat naturę signo, hoc est animaduerso iam peccato, neminem nõ solum adulatorũ, sed ne infantiũ quidẽ sine meritis reprobasse, neminem quoque penitus vel adulatorũ vel infantiũ in peccato, quò minũs illi prodesset passio CHRISTI, relinquere voluisse. Atq; hoc videtur esse (vt opinor) quod innuit PROPHETA DAVID dicẽs. *Psa. 14* Dominus de cœlo respexit super filios hominũ, vt videat si est intelligens aut requirens Deũ: Creauerat Dominus omnes homines ad salutẽ, cũ primũ eorum parentem e limo terrę formasset: sed tamen etiam post vitiatã eorũ naturã, non abstulit ab illis misericordiam suã, sed rursus dignatus est illos clementiũs suis oculis intueri, atque ad eos sanandos, ac sanguine suo redimendos, omnino venire decreuit, ad quos, si non peccassent, solum fuerat venturus, vt iam diximus, tanquam electorum omnium caput. Prospexit, inquam, diligẽter super omnes filios hominum, vtrum esset aliquis inter illos intelligens ac requirens Deum, qui saltẽm

qui saltè hanc oblatam salutis operationem non contemneret: quandoquidem prior erat innocentia amissa, nullum penitus excludēs, nisi qui Deum intelligere ac requirere recusa- ret. Tunc igitur primùm quosdā pueros æter- na beatitudine carituros animaduertit, post- quàm illos peccato primi parentis contamina- tos, neque sanguine CHRISTI abluendos fore præuidit. Fuit quidem illa culpa propria actione aliena & interpretatiua communis: sed hanc (sicuti diximus) ab æterno legem hu- mano generi iustissimus Dominus statuit, vt naturæ rectitudinem, & rectitudinis illius foelicitatem primus omnium parens vel obtē- perando Domino, tum sibi, tum alijs in perpe- tuum conseruaret, vel peccando sibi poste- risque suis, si misericordia non sanarentur, penitus adimeret. Illo ergo peccante, nos om- nes tanquam in illo latentes, & tanquam par- tes humani generis & tūc peccasse, & suis de- inde temporibus singuli ortū habētes viciato semine, ex quo eramus procreādi, contagione cōtraxisse maculā illā transfusa natura, & ma- culæ pœnam cū illo peccāte cōmeruisse, intel- ligimur. Per vnus enim delictū (vt ait PAV

S ij LVS)

LVS) peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, tam corporis quàm anime, in omnes, qui diuino non liberantur beneficio, est peruagata. Ideo licèt hic quidem commo-  
dissimus esset locus inferendi quedam de pec-  
cato originali, quæ aliàs ex varijs ac vetustissi-  
mis authoribus depròpsimus: ea tamẽ vel in  
fine huius partis ponemus, vel paucis ab hinc  
diebus in lucem daturos pollicemur.

discrimen  
inter a tu-  
ale & ori-  
ginale pec-  
catum.

CÆterùm sicut hæc meritò minor esse cul-  
pa censetur, ea quæ propria cuiusque vo-  
luntate cõmittitur, ita quoque mitior est pœ-  
na huic quàm illi constituta. Pueri quippe so-  
lùm ea pœna puniuntur, quã vocauimus pri-  
uationem diuinæ visionis, nec vlllo penitus ig-  
ne vel vllis conscientiaẽ vermibus, sicuti impij  
proprijs contaminati sceleribus, torquentur:  
a beatitudine tamen æterna, atque ab intuẽda  
diuina facie, in cuius contẽplatione sita est illa  
beatitudo, Adæ culpa, quæ non est in illis, per  
fidẽ Ecclesię in CHRISTVM purgata, re-  
pellũtur. Hęc enim est vita æterna, vt cogno-  
scãt te verum Deũ, & quem misisti IESVM  
CHRISTVM. Quæcũq; autẽ vel quanta-  
cunque

Ioã 17



cūque sit illa, quæ illis infligitur poena, ea nūquā a Domino destinata est, vt infligeretur, nisi cognita prius macula, cum qua è vita decedant, & propter quam a piorum consortio meritò excludātur. Quòd autem Dominus quosdam elegerit, in quibus maculam illam per fidem & Sacramenta elueret, quosdam autem in peccato illo relinquere ab æterno solùm quia voluit, statuerit, nūquam quisquam recta ratione persuadere poterit, etiā si millies pueros Turcarū & Christianorū inter se conferat, etiā si natos in eremo, etiā si oppressos aliquo casu antequam baptizētur etiam, si mortuos in vtero materno in mediū proferat mater. Apparet hīc curiosis quidē hominibus voluntas Domini, qua hos quoque voluit esaluos, paulò obscurior: sed tñ si verè dicimus Deū velle oēs hoīes saluos fieri, si Christum piè cōfitemur pro oībus mortuū, et hos quoque dicere cogimur ad eādē salutē ac peccati remediū a Dño fuisse, quantū in ipso est, destinatos. Possemus quidē causā aliquā inuenire; cur alij caruerit baptismo, alij nō caruerit. Possemus enī aliquā in parētibus ac ministris baptismi culpā inuenire: possemus dicere, terrarū

non mō

S iij

hunc

hunc orbem, partim liberis hominum consilij, partim naturæ, a Domino gubernandum esse traditum. Inscrutabilia enim sunt iudicia eius, quia huius, quam puniri a Domino prædicamus culpã, in plerisque eorum, qui cõdemnantur, definitam non deprehendimus modo causam: cum aliquando parentum infidelitas, aut ebrietas, aut quiuis inordinatus alius actus aut mors naturalis in causa sit: quare eorum non baptizantur filij: ac per hoc damnantur. Idcirco discessus sine baptisate filiorum tum infidelium, tum Iudeorum, non Deo, sed ijs ipsis parentibus imputetur, cum etsi ministri Dei omnes cõctorum filios baptizare sint parati: nihilo secius tñ eos baptizare reclamantibus parentibus non possunt: tanta enim est parentum in filios autoritas, iure naturæ, ferè ad duodecimum vsque annum, vt peccaret ille, qui parentibus inuitis illorum filios baptizaret, tñ propter irreuerentiam, quæ de facili posset Sacramento fieri, tñ quia lumine naturali necessitate baptismi ad animæ salutem nõ possumus parentibus infidelibus ostendere, sicuti possumus medicinæ necessitatem pro corporis sanitate: sunt præterea aliæ quàm plurimæ causæ, quæ cum non

cū nō sint modò nostri instituti, lectorē ad B. Tho. 3. part. q. 68. ar. 7. & ad Durādū dist. 4. q. 6. mittimus, multo igitur minùs pijsimo patri est adscribēda voluntas, qua statuat & impediat, quò minùs Christianorum filij nascātur, baptizentur, & saluentur, si eos omnes ad gloriam creauit, & quātum in se fuit, redimēre voluit omnes. Iusta est igitur semper Diuina voluntas, atque nobis sepe numero occulta: quāuis ipsemet Christus rationem effectuum suæ voluntatis & iustitiæ frequenter docuerit, vt manifestum est de cæco nato, de paralytico, et de fide Centurionis, et de remissione peccatorum Magdalenæ, atque similia multa reperiri in scripturis sacris certissimum est. Sed quia hæ rationes non satisfaciunt omnibus, ideo satius est, vt priorem definitionem retinentes firmiter credamus, Deum quoque omnes infantes et saluos et redemptos esse voluisse, ac fateamur etiam nos certam & peculiarem ignorare causam, quomodo eos, quos quātum in ipso est, saluos esse voluerit, in suo proprio originali mori peccato & damnari permiserit: idque præcipuè in profundissimorum eius iudiciorum abyfso, vsque ad futurū

3A 214

S iiii iudicium

iudicium latere sinamus. Inexcusabilis igitur est omnis peccator vel reatu originis vel additamento etiam propriæ voluntatis, siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat, quia & ipsa ignorantia in ijs qui intelligere noluerunt, absque dubio peccatum est: in ijs autem qui non potuerunt, pœna peccati.

Postremò quod ad pueros attinet, sunt quidam, qui nō conqueruntur pueros uoluntate diuina in peccato relictos ad pœnam esse destinatos, sed contrariam quandam opinionē, eamque longè manifestiùs sacris literis & concilijs aduersantem in hac materia, adferunt. Hi itaque magis, tanquam e graui somno experrecti, quam uerisimili ratione disputantes, suis in opusculis duo asserunt: primò quidem, duplicem esse fidem. **ALTERAM** humanam, qua potest homo uiribus tantum suis Euangelium ac fidē (quæ tamē reuera Dei donū est) suscipere: **ALTERAM** qua iustus efficitur homo. Secundò docēt paruulos propter salutem, quæ per Saluatorem **CHRISTVM** datur, baptizari nō esse omnino necesse: quādoquidē oēs homines in libro  
vitæ ac

vitæ ac passione CHRISTI ilico esse inscriptos, & ab eo deleri neminem, nisi ob actualē culpam, affirmant: qui quidem peruersis instructi verborum argutijs, sub prætextu specialis vmbrosæque reuelationis sibi factæ, & catholicæ fidei, disputantes velut pestiferum exhalantes virus, vt hominum rectè sentientium in deteriore partem corda detorqueant, totam veri dogmatis inuertere quærunt disciplinam, quum bonum malum & malum bonum faciant: lucem tenebras, & contrà, tenebras lucem statuunt: ac denique hominem, qui est planta cœlestis, suis erroribus a cœlestium rerum contemplatione auertere, atque humi prosternere conētur, persuadentes cū Pelagio (licet ex crassâ quadâ ignorantia, & sacrarum literarum imperitia) posse quenquam naturæ viribus tum ad fidē, tum ad gratiam iustificatē se disponere. Quapropter vos (si adhuc fortè prauæ huius opinionis defensores superestis) iterum atque iterum precor, vt disputatiunculæ meæ veniam detis, & quòd modum meum egressus sum, vobis ipsis imputetis, qui me diu incitastis, ac tandem coëgistis, vt literis meam mādarem  
senten-

sententiam. Neque enim eiusdem est criminis in explanatione scripturarum diuersas maiorum sententias, aut nouam afferre, & hæresim sceleratissimam in Rempubl. Christianam inferre: Quandoquidem quæ huiusmodi somniatores imaginantur, quàm fidei atque scripturis sacris dissona sint, docet determinatio Concilij Milenitani, statim in principio, cuius verba prolixitatis gratia omisimus. Et in Tridentino sub hac forma.

Decre. 4.  
scs. 6.

Quibus verbis iustificationis impij descriptio insinuatur, vt sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei, per secū dum Adam IESVM CHRISTVM saluatorem nostrum: quæ quidem translatio post Euangelium promulgatum, sine lauacro regenerationis (aut eius voto in adultis) fieri nō potest, sicut scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et infrà. Si quis prædixerit sine præueniente Spiritus sancti inspiratione atque eius adiutorio, hominē credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur, anathema

anathema sit. Præterea sancta Arausiscana synodus: Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, id est, ipsum credulitatis affectum, quo in eum credimus, qui iustificat impium, & ad regenerationem baptismatis venimus, non per gratiæ donum, id est, per inspirationem Spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram, ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, & naturaliter nobis inesse dicit Apostolicis dogmatibus aduersarius adscribatur, beato PAVLO dicente: Confidimus, quia qui incoepit in nobis opus bonum, perfici et usque in diem Domini nostri IESU CHRISTI. Et illud: Vobis datum est pro CHRISTO, non solum ut in eo credatis, sed etiam ut pro illo patiamini, Et gratia salui facti estis per fidem, non ex vobis: Dei enim donum est. Qui enim fidem, qua in Deum credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos, qui ab Ecclesia CHRISTI alieni sunt, quodam modo fideles esse definiunt. Firmissime igitur crede, & nullatenus dubites, Christiane lector, non solum homines iam ratione utentes, verumetiam paruulos, qui siue in vtero materno intellectuali anima

Arausiscana Synodus.

ad Philip. i.

anima viuere incipiunt, & ibi moriuntur, siue  
 cùm in lucem editi sunt, absque sacramento  
 sancti Baptismatis, quod datur in nomine Pa-  
 tris & Filij & Spiritus sancti, de hoc seculo  
 transeunt, visione diuina in perpetuum priua-  
 ri. Siquidem etsi propriæ actionis peccatum  
 nullum habuerunt, originalis tamen peccati  
 damnationem per carnalem corruptionem,  
 tanquam per instrumentum traxerunt, quo  
 transfunditur natura. Separentur igitur illius  
 opinionis defensores a cœtu fidelium, vt a sa-  
 no corpore mēbra pestifera, remotoque mor-  
 bi sæuientis afflatu, firmiùs, quæ sunt sincera,  
 permaneant, & grex CHRISTI ab hac ma-  
 li pecoris contagione penitus purgetur. Quis  
 igitur huic sententiæ contradicere valeat, nisi  
 quem plus delectat tueri quod sentit, quàm,  
 quid sentiendum sit, inuenire. Hi namque nõ  
 quod verum est, non quod iustum, non quod  
 sanctum, non quod hominum saluti cõuenit,  
 diligenter quærunt, sed id quod primũ a som-  
 no experrectis occurrit, aut quod a suis didice-  
 runt præceptoribus, mordicus defendere co-  
 nãtur: Quod quàm sit inscienter dictum, ne-  
 minem puto fugere sapientem.

Nihil



**N**ihil ergo restat, vt huic quoque parti finem imponamus, nisi vt tollamus detortas quasdam & violentas interpretationes illius apud PAVLVM loci, cui præcipuè innititur nostra de prædestinatione sententia. Docet Paulus prima ad Timothæum, dominum velle oēs homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Cùm hæc verba tollant omne personarum discrimen, conantur tamē aliqui clarissimæ luci quasi tenebras interpretationum offundere: quòd si eas diuino auxilio dispellere poterimus, sententiam profectò nostram hac ratione non parum confirmabimus. Duo igitur sunt modò nobis consideranda. Alterum est, vt cum patribus, Augustino nimirū Ambrosio & Chrysostomo (qui in cōmentarijs huius loci cōueniunt) doceamus, Apostolū pro oībus hominibus etiā infidelibus, preces fundi in Ecclesia Dei præcipere: si autē isti patres volunt sacerdotes (qui Christi vice funguntur) pro omniū, etiā infidelium salute sacrū facere, multo magis credendū est sic Deū velle omnē hominē seruare, vt nisi per ipsos staret, salui futuri sint oēs. Inquit enī istorū eximius noster patronus Chrysostimus

T  
commu-

communis quidam totius orbis Pater est sacerdos: dignum igitur est, vt omnium curam agat, oībūque prouideat sicut Deus, cuius ministerio seruit, et fungitur vice, cui sacrū facit, omniū gerit curā. Posterius est, vt quosdā huius loci interpretatiōes duriores subijciamus, quibus refutatis magis ipsa veritas elucescat.

Varia quorūdam interpretatiō, q̄ Deo piissimō patri postiuue aut negatiue re ipsa (licet verbis negēt) vidēter p̄ditōis nostre inicitū adscribere.

Offert igitur se nobis prima ista quorundam interpretatio: quòd idcirco Dominus vult omnes saluos fieri, vt ex omni hominum genere aliqui seruentur. Opinantur enim scholastici, dictionem, omnes, accipi eo loco pro generibus singulorū, nō pro singulis generū, cū ibi nulla fiat generū mētio: sed simpliciter omnem hominem, hoc est, eos, quotquot sunt, fuerūt, et erūt, singulares hoīes, Deū velle ad se venire scriptura pronunciet. Profectō qui sic hūc locū interpretantur, Deū parē, imò deteriorē aliquo tyrāno faciūt. Turca, exempli gratia, ex oībus prouīcijs ac ciuitatibus suis quosdā semel in anno ad se venire iubet, eosq; armis ac quibusdā alijs muneribus ornat, eos videlicet, qui Ienifferorū hodie nomē sibi vendicāt. Quāuis aut non oēs, sed aliquos ad hunc honorem admittat, tamen vt eos fortè diligit,

tē diligit, quos exploratos per suos digniores esse deprehendit, & illos qui excluduntur, nō quidem miseros esse, sed tantū in inferiori gradu dignitatis cōsistere, præcipit, aut reliquit in sua libertate, vt sibi quisque viuendi modum præscribere possit. Quod si Deus ad hunc modū ex aliquibus regnis ac ciuitatibus quosdam tantum ad se venire iuberet, & quosdam absque meritorum præuisione excluderet, sine dubio longè esset immanior hoc tyrāno, qui innocentes, & immeritos non solum non eueheret ad eandem cum alijs dignitatē, sed in summam atque æternam miseriam mittere statueret, quod de Domino Deo dicere absurdum, impium, & horribile esse, iudicamus. Nec me latet quod eximius quidā sacrum literarum interpres quodā loco exponit, Deum velle omnes homines saluos fieri, vt intelligatur omnes prædestinati, quia omne genus hominum, in eis est, sicut dictum est Pharaeis, Decimatis omne olus, vbi non est intelligendum, nisi omne quod habebant: neque enī omne olus quod erat in toto orbe terrarū decimabāt. Secundū istum locutiōis modū dictū est, sicut et ego per oīa omnibus placeo, id est, omni

T ij est, omni

est, omni generi hominū, quod CHRISTI congregabat Ecclesia, siue iam intus positus siue introducendis in eam: verū huic interpretationi primū videtur aduersari, quod ipsi alibi asseruisse videtur, quoddam esse genus hominum, quod Deus non vult saluare, voluntate propriè dicta. Genus nempe puerorum in vtero materno morientium, similiter neque tempore legis veteris ex eorundem sententia Deus Gentilium genus volebat saluum fieri, sed vnā tantū nationem Iudeorum, quod neque aures sustinent, neq; scribentium manus patiuntur. Vult igitur misericordiarum Pater quātum in se est, omniū salutem: nam quum in illa subiuncta particula, vnus mediator Dei & hominū, conuentus ille hominū accipiatur pro oībus hominibus, & nō solūm pro quolibet hominū genere, videtur similit̄ agnoscendā esse distributionē in hac sententia, Deus vult oēs hoīes saluos fieri.

Aliū sensum ponit idē doctor eximius cōtra aduersariū legis & Prophetarū vt velit Apostolus, Deū velle oēs homines saluos fieri, scilicet qui salui fiūt, At quū scriptum sit alio loco nō est voluntas ante patrē vestrū, vt pereat vnus de

nus de pusillis, nō videtur hic modus dicendi sufficiens. Rursus non est verisimile, Apostolū hoc sensisse, Neque enī super hoc instructi onē requirebat Ecclesia (cui præerat Thimotheus) an Deo volente quisq̄ fieret saluus, sed hæc potius docēda erat ecclesia, Deū quātū in se est, velle oēs hoīes saluari: oībus enī ipse erat paratus conferre salutem.

Obserua.

Sūt & alij nōnulli, qui accipiūt voluntatē qua vult Deus oībus salutē, tropicē, pro voluntate (vt vocant) signi, q̄ figura est metonomiæ, dū signo attribuitur nomē rei signatæ, velut quū dicimus literas p̄cipis esse ipsius voluntatē, quū sint potius ipsius volūtatis significatio: sic mādatū, cōsiliū Dei et huiusmodi, eius voluntas dicitur. Quū igitur hæc oībus proponātur, nullus excipitur a salute, quin quātū in se, Deus illū velit saluare, vnde et seipsum dedit in redemptionē pro oībus. Et hoc est quod dicunt Hieron. et Ambr. Deus vult oēs hoīes saluos fieri, qui volūt salui fieri, quippè, Quod autē quidā, imò plurimi nō saluātur, hoc est (siquit Oecomēnius) quia ipsi nolūt: nihil enī ex necessitate facit in nobis Deus, qui vult oēs hoīes saluos fieri et ad cognitionem veritatis venire

Nota.

T iij si ipsi

Aug. sup  
Io. cap. 14  
tract. 74.

si ipsi tamen vocanti Deo, inquit D. Hieronymus, volunt cōsentire: hinc enim quoque nō inutiliter probatur, nemini ad credendū oportere vim inferre, nec tollere arbitrij libertatē: vnde scriptura (vt Ioannes driedon inquit) plerūque sic loquitur: Si velis credere & baptizari, saluus eris, vnde temporibus Apostolorū baptizandi interrogabantur, si credāt et abrenuntient Sathanę. Deus enim neminem habentem suæ voluntatis vsū saluat, nisi volentem, credentem & baptizari volentem, suāq; sponte Sathanæ & eius operibus renūtiante: nemo enim nouā potest inchoare vitā, nisi veteris vitę pœniteat: Et idē driedon libro de re dēp. Gen. hum. cap. 30. Non potest hoc dictū intelligi secūdum sensum, quem intelligit Pelagius arbitrans voluntatem humanam præuenire omnem Dei gratiam, & hac sua præuentione, tanquam merito bono se saluum facere, hoc enim falsum est: nam omnes nascuntur filij iræ. Præterea peculiariter suo tractu Deus omnes habet præuenire, qui saluantur, vt valeāt suam captiuitatem, calamitatem, verūque liberatorem ac medicum cognoscere, credere, quęrere, & inuocare nomen Domini. Sed

mini. Sed & illud hoc etiam loco soluitur de induratione Pharaonis, & cæteræ huiusmodi obiectionis quæstiones, sicuti suprâ latiùs diximus. Ad hæc Damascenus, Hinc, Deus inquit oēs vult saluos fieri homines: nullum enim vult damnare, qui non naturam, quam condidit rectam, sed homines, qui naturâ peccatis coinquinarunt, vult damnare: nō igitur ob naturam bonam, sed ob culpam malam. vt quid cū huiusmodi voluntas, non tã voluntas sit, quàm velleitas quædã? non apparet hoc fanè tãtūmodo, velleitate nēpe Deū velle oēs homines saluos fieri, quoniã verè & ex animo desiderare Deum quorumlibet hominum salutem docent scripturæ tam Euangelicæ, quàm Propheticæ: Per Prophetam enim ait, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt cōuertatur & viuat. Ecce non solūm homines, sed & peccatores saluos vult fieri: hinc in Euangelio clamat, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: Significat ergo voluntas hæc verum animi desiderium, quo Deus quantum in se est, desiderat omnium salutem, quem animi affectum expressit dum diceret, Hierusalem, Hierusalem, quæ

Mat. 11

T iij

lem, quæ

lem, quæ occidis Prophetas, &c. Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Et rursus dū impio dicit per Esaiã cap. 4. vtinam attendisset mādāta &c. vnde tanquā qui veluti cogatur propter scelera nostra, nos punirē, dicit, heu (quod dolentis est) quia consolabor super hostibus meis.

Attende. Demum Ambrosius lib. 2, de Abel & Cain. cap. 3. Ideo omnibus opem sanitatis detulit, vt quicumque perierit, mortis suæ causas sibi adscribat, qui curari noluit, quum remedium haberet, quo posset euadere. Christi autem manifesta in omnes prædicetur misericordia eo quod si qui pereunt, sua pereunt negligentia: qui autem saluantur, secundum Christi liberalitatē liberentur, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Vnus est enim Deus, vnus & mediator Dei et hominum homo CHRISTVS IESVS. Probat igitur APOSTOLVS Deum velle omnes homines saluos fieri ab vnitāte Dei, & mediatoris: mediationis quoque ipsius affectu, comparatione omnium hominum: si enim vnus est om-



est omniū Deus: ipsi igitur immimet cura de omnibus. Rursus vnus est mediator Dei & hominum omnium, igitur omnes Patri vult recōciliare, quod quidem propriè est mediatoris officium, idque nō vulgari modo sed dato se ipso, suo sanguine, sua vita in redēptionis præcium. Cū igitur fertur, quòd Deus vult omnes seruare hoīes, fit oībus notum, Deum neminē absq; culpa aut propria aut cōtracta a se abdicasse, et omnes sufficienter cū vocet, vocare hoīes, oībusq; esse paratū, quātum in ipso est cōferre salutē. Insuper sunt et alij qui sic opinantur Deū omnē velle seruare hoīem, sicut dicitur, hic professor omnes docet pāhor mītas, licet non omnes, sed eos duntaxat doceat, qui ab eo docētur: sed paruo negotio eorum ostenditur falsa imaginatio, dum quærat ab eis, num bonus professor aliquē a sua lectione excludat, aut alicui suam communicare doctrinam recuset, si probus sit, & timorata conscientia. Quis ergo est ita, vt Deus, bonus? cū nemo sit bonus nisi Deus? Omnis enim homo mendax est. Neminem igitur pius omnium pater sine culpa ab ingressu regni cælorum prohibuit, nec vnquam volenti discere, do-

cere, doctrinam suam cōmunicare negauit: & si aliquando obscurè & per similitudinem fuerit CHRISTVS quibusdam loquutus, hoc ideo tamen in causa fuit, quoniam sciebat ipse CHRISTVS illorum hominū mentes, cū in parabolis loquebatur.

Præterea sunt nonnulli, qui cū Deum velle omnem seruare hominem negare minime audent, & hoc (quia eorum destruit sententiam) fateri nolint, diuinam diuidant voluntatem in antecedentem siue signi (qua Deus vult omnem seruare hominem) & consequentem siue beneplaciti, qua eos solū Deus vult saluari qui saluantur: Quæ quidem diuisiones si explicentur rectè (sicut quidā doctè explicant) pro nostra sententia faciunt plurimum: quandoquidē SIMPLICISSIMA, ET VNICA VOLVNTAS DIVINA (qua vult Deus omnes homines saluos fieri) ob id dicitur a DAMASSENSO ANTECEDENS, quia nostram voluntatem liberam & actiones omnes antecedit. CONSEQUENS verò, quia & Dei ordinantis omnem hominem ad vitam beatam, et hominis ordi-

nis ordinati respicit uoluntatem, liberè diuinę volūtati assentientis: Insuper ea propriè & vera est diuina uoluntas beneplaciti, qua Domino Deo bene placet omnium hominum salus: & volūtas signi, seu præceptorum ea propria est, qua Deus eos uult saluare, qui diuina seruant præcepta fidemque & gratiam, quæ gratuita dona Dei sunt, amplectuntur: quem admodum gratia in operantem & cooperantem diuiditur: quoniam illa sola operatur in nobis uelle opera pietatis, atque eadem quando nobiscum operatur opera, cooperantis gratiæ nomen sibi uendicat. Altera uero diuinæ uoluntatis diuisio beneplaciti, & signi, si rectè explicetur penitus nostrā fouet sententiā.

Nec defunt alij, qui, quàmuis grauissimi viri sint, ideo APOSTOLVM scripsisse Deum uelle omnem seruare hominem asserant, quoniam quibusdam præparat opera, ut & possint saluari & saluentur: quibusdam uero ut solum possint saluari, sed non ut saluentur, quos tandem in peccatis suis relinquit, atque ad interitum æterni supplicij iuste iudicat: horum autem absurdissima interpretatio sæpius ac

ſæpius ac validiſſimis rationibus a nobis refu-  
 tata, nullam profectò denuo meretur responſi-  
 onem: firmiter enim credimus, peccata fina-  
 liter ab æterno præſcita præſuiſſe in cauſa,  
 quòd Deus iuſtus non illis eadem opera præ-  
 parat, quæ & alijs: quoniam nos, velle Deum  
 omnes ſaluare homines, quantum in ipſo eſt,  
 docemus, & niſi ipſi homines impedimentũ  
 ſibi ponerent, certò vita æterna (ad quam eos  
 creauit Deus) potirentur omnes: ſin autem e-  
 orum quidam perſiſtant & mala opera cau-  
 ſam deſertionis negent ac dicant, quòd De-  
 us abſque aliqua eorum meritorum confi-  
 deratione, eos reliquit, non præparãdo ſcilicet in  
 eis opera, quibus poſſint, ſi velint, ſaluari: tũc  
 eorum, tanquam inſulſam explicationem de-  
 teſtamur, quoniam relinquere in maſſa perdi-  
 tionis, eſt iuſti iudicij Dei, quod fanè iuſtũ nõ  
 eſſet, niſi ferretur in peccatorem propter pec-  
 catum, in quo præſcitur moriturus, vt vide-  
 tur dicere beatus **AVGVSTINVS** episto-  
 la. 106. ad Paulinum, & .157. ad Optatum. In-  
 ſuper Domino Deo aliquod opus abſq; finis  
 conſideratione, quãuis bonum & iuſtũ ſit, nõ  
 poteſt adaptari, cũ de Deo propriè illud dica-  
 tur, di-

*Auguſt.*

tur distichon: prudenter, iustéque gerit pius omnia, perstat. Quamuis credimus homines posse aliquid operari boni sine vltimi finis cōsideratiōe atque solo lumine vniuersali, quod quidē opus, si ab homine Deo grato, elicitū fuerit, cū sit natura sua bonū, aptūque natum referri in Deum, tanquā in vltimum finē, et virtualiter sit a gratia inhabitante, nō dubitamus inter opera meritoria adscribere: nec valet hæc consequentia: Oēs qui nascūtur ex Adamo, merentur æterna foelicitate priuari, ergo sicut absq; aliqua operū cōsideratiōe, sed sola volūtate diuina quidā liberātur, ita sine peccatorū iudicio, sed sola volūtate diuina quidā in massa perditionis relinquūtur: quēadmodum nō sequitur, Decē conspirarūt in Cęsarē ergo si Cęsar sola sua gratia eorū quinq; voluit cōdonare delictū, quòd qui puniūtur, sola Cęsaris volūtate, et nō propter crimen, puniātur, licet nō sit maior ratio puniendi in vno quā in alio. Pręterea Deus dedit legē post lapsū, quā vult et p̄cipit credi & seruari ab oībus: Discipulos enī Christus misit suos in vniuersū mundū vt Euāgeliū p̄dicarent, et qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non cre-

V

diderit,

Vide do  
minicū a  
Soto li. de  
natura &  
gratia, &  
Ioā. vigē  
tium.

diderit, condemnabitur. Ergo Deus etiã post  
 lapsũ aut donat aut est paratus dare oĩbus ĩ v-  
 niuersum, vti diximus media, quibus quisq3  
 tandem posset et explicitè credere, & totã ad-  
 implere legem, alioqui præcipisset ĩpossibile.  
 Sciebat enĩ ipse, viribus dũtaxat liberi arbitrij  
 legem nec credi, nec adimpleri posse: Idcirco  
 B. August. docuit et credere et bene operari,  
 esse donum Dei, quod catholicus quiq3 fate-  
 ri debet. Insuper pro dono diuinitus attribu-  
 to libero arbitrio hæc subiunxit verba: si au-  
 tem dixerimus, etiã huiusmodi voluntatẽ cre-  
 dẽdi nõ esse nisi donũ Dei, rursus metuendũ  
 est, ne infideles atq3 ĩpij nõ ĩmeritò, sed veluti  
 iustè excusari videantur, ideo non credidisse,  
 quòd Deus noluit illis hæc dare voluntatẽ, vn-  
 de videretur, quòd neque infideles, neq3 mã-  
 datorũ trãsgressores facerẽt cõtra Dei volũta-  
 tẽ, quod est penitus absurdũ. Quapropter in  
 medio eiusdẽ capitis ille ipse Augu. cõcludit,  
 dicẽs. Infideles quidẽ cõtra volũtatẽ Dei faci-  
 ũt, cũ eius euãgelio nõ credũt: nec ideo tñ diui-  
 nã vicũt voluntatẽ, sed se ipsos fraudãt magno  
 et sũmo bono, malisq3 pœnalibus ĩplicãt exper-  
 turi ĩ supplicijs potestatẽ eius, cuius ĩ donis mi-  
 sericor-

Lib. de spi-  
 ritu & li-  
 tera.  
 cap. 33.

fericordiam cōtempserunt: ille igitur, inquit,  
 reus erit ad damnationem sub potestate eius,  
 qui contempserit ad credendum misericordi-  
 am eius. Quisquis autem crediderit, & qui se  
 a peccatis omnibus absoluendum, & a vitijs  
 omnibus sanandum, & calore & lumine eius  
 accēdendum illuminandumque non contēp-  
 serit, habebit ex eius gratia opera bona, ex qui-  
 bus etiam secundum corpus a mortis corru-  
 ptione redimatur, coronetur, bonisq; satiatur,  
 non temporalibus, sed æternis, supra quàm pe-  
 timus & intelligimus, quibus apertissimè &  
 bonitas diuina & seueritatis demonstratur,  
 cum Propheta dicente: Non propter iustiti-  
 as populi hæreditatem terræ illius reddi, sed  
 gratia tantum miserantis donari, illos autē pro-  
 pter iniustitias suas pelli: Ecce in istis iustè pu-  
 nitur iniquitas, in illis gratis nulla iustitia mu-  
 neratur. Insuper de peccatoribus loquens ipse  
 Diuus Augustinus lib. primo de prædest. san-  
 cto. cap. 8. Cur, inquit, nō omnes docet, vt ve-  
 niant ad CHRISTVM, nisi quia om-  
 nes quos docet, misericordia docet: quos au-  
 tem non docet, iudicio non docet: quoniam  
 cuius vult miseretur, & quem vult obdurat:

*Augus.  
 de spiri-  
 tu et li-  
 tera  
 cap. 33*

*De præ-  
 dest. &  
 gratia  
 cap. 8.*

*de prædest.  
 sanct.  
 cap. 8.*

V ij sed mise-

sed miseretur, bonum tribuens: obdurat, digna retribuens: hæc ille: quibus perspicuum est, Deum ne vnum quidem voluisse hominem in massa perditionis relinquere, nisi propter peccatum in quo præsciuit illos perituros, sicuti docuimus in solutione quartæ opinionis.

Sunt demū alij, qui perspicaciori ingenio esse præ cæteris videri cupiūt, dicētes: Quòd si vult Deus oēs, quantū in ipso est, homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, cur non in omnibus differenter locis prædica-  
 ri Euangelium ab initio mundi Deus voluit? cur tot secula tam multas gentes in mortis tenebris errare passus est? vt in Actis Apost. habetur: Transeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem, vetiti sunt a Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia. Cùm autē venissent in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam: et nō permisit eos Spiritus, quibus inferunt: sicut Deus vult suum verbum omnibus manifestari creaturis, quando vult, ita omnes vult saluos fieri homines quando vult. Verūm miror quid sit causæ, cur huiusmodi homines, cūm



nes, cum perspicacissimi sint ingenij, non videntur duplicem esse legem, ALTERAM cordibus nostris insculptam, ALTERAM aut calamo scriptam, aut voce prolatam, illam ante mundi fundamenta omnibus Deus donat hominibus, qua, peculiari lumine diuino (quod omnibus adultis cum primum ratione uti incipiunt dari credimus) adiuta, possunt homines cum ea cooperante gratia seipsum recte ordinare, & actiones omnes suas in posterum futuras ad Deum verum dirigere: quod quidem si fecerint, & per Dei gratiam peccati originalis remissionem, obtinebunt: atque eadem gratia diuina cooperante ad fidem Christi explicitam, tandem perueniet. Non igitur sequitur, Deum non velle quantum in ipso est salutem ijs, ad quos praedicatorum non mittit, cum permulti sint Domino Deo modi, quamuis nobis occulti, quibus nisi reuerentia sic adiuuantur adulti omnes, ut ad fidem Christi perueniant atque salutem consequantur aeternam.

Ideo vobis omnibus persuasum esse velim (qui pro vestro arbitrio sacris abutimini scripturis, quas ut catholicas recipere, et secundum nudam veritatem ac Catholicae Ecclesiae columnae veritatis declarationem interpretari obligamini) Deum,

1. m. m.

V iij

ne vnum

*Tho. p.*  
*2. q. 89.*  
*art. 9.*

ne vnum quidem ad mortem animæ primā, sed ad poenam peccato debitam destinare, ne que quenquam deserere in necessarijs ad salutem, nisi prius deseratur ipse, ita vt initium quisque et causam suæ dānationis se esse fide fateatur. Verūm quanquam post hominum actualia peccata, vult aliquos Deus sic dirigere, vt & possint & velint credere, atque peccata detestari (quæ quidem tria, Deus in ipsis sua misericordia operatur) nonnulli tamen, licet sufficienter ad has quidem res ab ipso Deo dirigantur, potius amplectuntur posse & velle, quæ caro in eis operatur, quàm posse & velle bonum, cuius Deus in eis sufficiens causa fuerit. Ob id igitur clamat post nos Deus, dicēs: Conuertimini ad me et ego cōuertar ad vos.

*zach. i* Cū autē ista verba in sacris literis audimus, libertatis nostræ, quod suprā indicauimus, ad monemur. Cū verò nos Domino respondemus: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, Dei gratia nos præueniri fatemur. Operæ precium est igitur id quod toties diximus, nos semper assensum & voluntatem nostram coniungere cum Dei auxilio, atq; (sicuti in Prouerbio est) cum Deo mouere manum, si

num, si modò Deum verè propitium nobis esse optamus, qui regnum cœlorum non ab ignavis & fœcordibus, sed a violentis expugnari docuit. Vbi ergo nos tam externa prædicatione admoneri, quàm internis inspirationibus a Domino excitari animaduertemus, agamus quam primùm & nos nostras in conuersione partes. Agnoscamus statim virium nostrarum imbecillitatē, detestemur ex animo peccata nostra, non erubescamus ea corā Domino, atq; eius cōfiteri ministro: Maxima est enim, teste CHRYSOSTOMO, pœnitentia, oris confessio. Postremò cū PROPHE-TA REGIO ad misericordię thronum cū fiducia accedentes, atque erratorum veniam suppliciter implorātes, dicamus. Tibi soli peccauī, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris. Si enim Domine nobis condonaueris iniquitates, & perfidis promissa seruaueris etiam si in toto vitæ tēporis statu eos sic relinques, vt peccata detestari sua non valeant, meritò iustissimus adhuc iudicaberis, & in seruandis promissis constantissimus. Tu nihil aliud a nobis Domine requiris, quàm vt agnoscamus quid

V iij      simus

Vide Ro  
sēsem lib.  
1. cap. 18.

simus, & quid possimus, vel vt potius agnoscamus non ratione nostra, non voluntate libera aliquid posse facere sine te. Ecce Domine libenter id agnoscimus, qui quidem cum eodem PROPHETA fatemur nos in iniquitatibus etiam conceptos esse: vnde quoque intelligimus statim nos occupare peruersitatē, vt nisi nos Dominus suo spiritu renouet, necesse sit omnes nostros conatus ac vires ad malum semper fieri præcipites. Intelligimus, figmentum humani cordis malum esse ab adolescentia sua, quod licet euitandum esse & ratio naturalis & lex etiã doceãt, tamẽ neq; per legẽ neq; per rationẽ homo melior efficitur. Nihil enim, si desit gratia Dei, ad omne id quod euitare conamur, nos adiuuant. Si namque lex aut ratio, nos adiuuaret, gratis mortuus esset CHRISTVS, neque factus esset nobis, vt testatur Apostolus, sapientia, iustitia, redemptio, & sanctificatio. Abiecta ergo omni fiducia viriũ nostrarum, adempta nobis omni gloria, ad CHRISTVM confugiamus. Is cùm sit misericors, pius, & iustus, in laboribus, angustijs, miserijs & carceribus positos, ad se venire inuitat, dicens:   
Qui sitit,

Qui fitit, veniat ad me, & qui veniet, non eijciam foras.

Tria breuiter quidem, sed perspicuè his omnibus, quæ hæctenus diximus, habemus: quotquot veniunt ad CHRISTVM, priùs illos a Patre ei esse donatos: nemo enim venit ad me, ait CHRISTVS, nisi Pater meus traxerit eum: deinde omnes qui dati sunt (nisi renerint) quasi de manu in manum Patri traditi sunt, vt verò eius fiât filij. Nam nemo venit ad Patrem nisi per me, inquit ipse: postremò CHRISTVM fidũ esse omniũ custodẽ, ac ex parte quidem sua perdi neminem, quoniã eorum, quos mihi dedisti Pater, ait, nemo perijt, nisi filius perditionis: Nam qui cõfiteatur me coram hominibus, cõfitebor eum coram Patre meo. Idcirco nos ad pœnitentiã adhortatur APOSTOLVS: Eramus inquit, eramus inquam nos quoque aliquando insipientes, inobedientes, errantes, seruientes cupiditatibus & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia degentes, odibiles, nos inuicem odio habentes. Itẽmque alio in loco: quãdo autem benignitas & humanitas apparuit seruatoris nostri Dei, nõ ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed se-

Ioan. 6.

Ioan. 14.

Ad Ti.  
tũ. cap. 3.

sed secūdum suam misericordiam saluos nos fecit. Quamobrem CLEMENS ALEXANDRINVS in oratione ad Gentiles ait: Quidnam ergo sibi vult Dei verbum, patefacere oculos cæcorum, & aperire aures surdorum, & qui pedibus claudicant vel errant, ad iustitiam deducere, nisi Deum insipientibus hominibus ostendere, interitum compescere, mortem vincere, inobedientes filios patri reconciliare. Idcirco benignū Dei patris instrumentum omnium sepe numero miseretur, dū castigat, hortatur, admonet, conseruat, custodit, & doctrine mercedem ex redūdanti quadam copia regnū cœlorū promittit, HVNC ENIM SOLVM FRVCTVM PERCIPIENS EX NOBIS, QVOD SALVI SIMVS: Vitium enim hominis pascitur interitu, VERITAS autem sicut APIS, nulli ex ijs quæ sunt, detrimentum adferens propter solam hominum salutē exultat. Idcirco ait MOYSES. Nunc Israël audi, quid poscat abs te Dominus Deus tuus nisi vt illū ames & colas. Et beatus AMBROSIVS super LVCAM: Vide clementiā Domini saluatoris, nec indignatione commotus, nec scele-

nec scelere offensus, nec iniuria violatus, Iudeam deseruit: quin etiam immemor iniuriæ, memor clementiæ, nunc docendo, nunc liberando, nunc sanando plebis corda demulcet. Perspicuum autem hinc esse potest, nihil indè Domino Deo patri misericordiarum boni aut foelicitatis euenire: Scriptum est enim: Deus deorum, bonorum nostrorum non eges. Et alibi: Postquã feceritis quæcunq̃ præcepero vobis, dicite, serui inutilis sumus, tibi nimirum Domine, non autem nobis, quibus secundum operum mensurã reddet iustus Dominus. Quãuis enim quodã loco legamus, omnia Dominum propter semet ipsum condidisse, & quãuis alibi dicatur, omnia a Deo cõdita propter hominẽ, ipsum autẽ hominem in eius gloriã, tñ illa ipsã gloria non ipsius Domini glorificati, sed ipsorum sanctorum ipsum perpetuò glorificantium, summũ bonum, atque æterna beatitudo censerì debet. Vnde et nos quoque in verã Dei gloriã et hominum vtilitatem huiusmodi regulã generalem colligere possumus: SIC DEO FVISSE CVRÆ salutẽ nostrã, vt sui non oblitus, gloriã suã primo loco habeat, adeoque totum hunc

Lu. 17

Pro. 16

tum hunc mundum eo consilio condidisse, vt gloriæ suæ theatrum foret, non quòd vel se ipso contentus non sit, vel quicquam aliunde mutuare opus habeat, sed quia hoc honore afficit creaturas suas omnes, vt illis insignes gloriæ suæ notas imprimeret.

Hæc autem sunt Christiane lector, quæ aduersus aliorum obiectiones in hac difficillima materia adferenda duximus. Hæc eadem sunt, quæ nos in illa credere debere, non leuibus argumentis probasse nobis videmur. Postremo hæc sunt, quæ verè a nobis esse credita, opere ipso ostendere debemus. Eorū enim summa est, vt omnibus nostris viribus gratiã cum libertate arbitrij retineamus, vt omnem nostram salutem ex Deo, perditionem nostrã ex nobis esse firmissimè credamus. Vt-  
 quòque illuminati diuina gratia, et peccatores ac reos nos esse agnoscamus, & iustificãtem gratiã per fidem amplectamur: postea verò eandem gratiam eadem bonitate semper in nobis auctam, ad finem vsque vitæ retinentes, cõsequamur tandem vitam æternam, cuius gratia conditos nos esse docuimus. Hæc verò ita se habere, nullo



re, nullo modo credere poterimus, nisi certò credamus, in eo quod ordine prius est, hoc est in primo naturæ signo, omnes homines ad salutem creatos, ordinatos, seu prædestinatos: ac nisi durissimam illam, sine meritorum præuisione, reprobationem penitus abominemur: deinde nisi contrario quoque euitato periculo credamus, in eo quod est ordine posterius, seu in posteriore naturæ signo, aliquos propter opera reprobos, alios verò non propter opera, sed non sine operibus, gratuita Dei bonitate certissimò fore saluos. Quæ quidem sufficere possunt pio & docili lectori, nec est cur in hac materia aliud præterea a nobis requiri debeat: Nam & opinionem nostrã primò propositã ijs, quibus potuimus, rationibus cõfirmauimus: deinde aliorũ opiniões fideliter recitatas, qua parte defendi nequeunt, ostēdimus. Tertiò potissimas obiectiones, quibus memoratę opiniões innitebãtur, ex scripturis sacris confutauimus, Quãuis igitur hoc in loco meritò finē huic opusculo possemus imponere, duo tñ adiecimus capita, vt oĩbus plenè satisfaciamus. In priori disputabimus aduersus quosdã, qui inanes quasdã, et ex triuio acceptas ra-

X tiones

tiones contra iustissimam Dei ordinationem  
 perpetuò adferunt, & semetipsos, & alios  
 imperitos ad impias contra Deum querelas,  
 atque ad amplectenda flagitia, huiusmodi ca  
 uillationibus impellunt. Aduersus hoc homi  
 num genus, quos ad hæc inuenienda argumē  
 ta, non doctrina, nō ratio, sed magis scelerum  
 impunè perpetratorum amor deduxit, nō  
 tam pugnando rationibus, quàm deplorādo,  
 digressione quadam, in qua cuiusuis homi  
 nū generis peculiaria crimina percurremus,  
 adeundū nobis esse duximus. Ea verò crimi  
 na nō lædēdi alicuius ordinis studio, sed vt cū  
 maximo cordis dolore, impias illas in Deū  
 blasphemias compescamus, a nobis enumera  
 ri, persuasum omnibus esse cupimus, atque in  
 Domino, qui nouit omnium corda, id futurū  
 confidimus. Postremo autē huius libelli capi  
 te respōdebimus argumētis quorundā, docto  
 rū quidē & acutorum hominum, sed nimiū  
 profectò addictorum quorundam opinionibi  
 bus, in quorū verba oīa semel iurarūt. Putāt se  
 illi aduersus sententiā nostrā habere quædam  
 argumenta insolubilia. Proinde illa quoque  
 Deo duce conabimur manifestè diluere, ne  
 sit aliquod

fit aliquod magni momenti argumentum,  
quod nos subterfugisse meritò videatur, sic  
fiet, vt sententiæ nostræ veritas superatis im-  
pedimentis magis ac magis elucescat. Sed tem-  
pus est, vt nunc penultimam nostri libri partē  
(quam in Prologo polliciti sumus) quàmuis  
eam maximo cum dolore & desiderio

profectus Ecclesiæ aggrediamur: vt

tamen rixosis quibusdam sa-

tis fiat, subijciamus.

X ij

**DIGRES-**

# DIGRESSIO, QUA RIXOSIS QUIBUSDAM

hominibus amplius cauillandi de di-  
uina prædestinatione anfa  
præripitur.



**Q**VOD igitur inertes quidã, cœ-  
cutientesque in veritatis indagi-  
ne argutatores quæritant, qua  
ratione Deus, cùm sit summum  
bonum, & bonum suapte natura sit cõmuni-  
cabile, nõ æqualiter omnibus sese cõmunica-  
uerit hominibus, vt non solùm salutem suam  
possint assequi homines, verùm etiam asse-  
quantur? solui facilè potest, si vel cum ethni-  
co illo homine dicamus: nihil esse inæqua-  
lius quàm omnibus æqualia donare dona.  
Interim Christiana pietas patitur plenius re-  
sponsum dari illis, qui priùs candido ani-  
mo perpenderit gratuita dona Dei, eius-  
que iustitiam, & hominum in omni vitæ  
genere flagitia. Dicimus ergo, vt rem pau-  
cis expediamus, quòd Deus optimus maxi-  
mus valde bona cuncta creauit. Pulcherrimũ  
enim in

enim in omnibus suis creaturis ordinem instituit eo consilio, vt singuli, officia sibi ab eo delegata rectè administrantes, propriam foelicitatem, quàmuis diuersam et gradibus distinctam, consequerentur. Atque Angeli quidem in gratia conditi, quicumque nulla elati superbia, Dominum a quo nobilissimam naturam gratis acceperant, sicuti par erat, venerati sunt egregiè partes suas agentes, excellentissimam profectò nobis sapientiæ diuinæ imaginem in sacra illa hierarchia exhibent. Nos verò homines non pari quidem naturæ dignitate donati, sed tamen ad eandem cum illis foelicitatem vocati, & qui proximè deberemus in terris cœlestem illam politiam imitari, penitus institutum a Domino ordinem turbauimus; paucique nostrum officio nostro fungimur. Instituit Dominus Reges & principes, vt suum sapienter regerent populum. Scriptum est enim: cor Regis in potestate Domini situm esse, vt vertat illud ad quod voluerit: & Reges, ait æterna Patris sapientia, per me regnant. Horum vita deberet esse talis, vt nulli magis ad imitationem diuinarum virtutum accederent, verum, proh dolor, nimis procul

Pro. 21.

Pro. 8.

X iij absunt

absunt ab ea imagine, ad quam exprimendā in tanto fastigio collocati sunt. Inspice nunc quosdam Reges & Principes, ecce posita est in quibusdam tyrānidis sedes: quidam catholicam negant Ecclesiam, summo Pontifici (licet ipse sit ex CHRISTI iustitutione vniuersalis Ecclesiæ caput) præstare obedientiam recusant, eamque alij vel auferunt, vel minantur auferre, ac cum homine tantum se negotium habere putant: alij omni tempore ad malum intenti, bella non solum ipsi alijs sine causa inferunt, sed et alios ad ea inferenda prouocant: sancta vendunt: Ecclesiæ bona surripiunt: probos miris modis persequuntur, improbos nutriunt, ornant, & ditant, totis denique viribus laborare videntur, ne soli ad tartara veniant. Ve vobis igitur Reges, qui iustitiam Dei negligitis, & detortas semitas eius facitis: ignoratis fortasse celebre illud sapientiæ dictum: quod regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias, iniurias, atque contumelias. Nonne videtis quàm breui subuersum sit Solium primi Regis in populo Dei? Saul & Ionathas cum cæteris filijs ex ingentibus culpis in montibus corruerunt: vt

thronus

thronus illius, qui de postferantes electus est, firmaretur. Omnium historiarum seriem percurrite: & regum ac principum successiones quàm plurimas videbitis, & quasi in exordio telè, Domino præscindente, succisas. Quo reges fuerint clariores, eo citius; si aduersus Deum iutumuerint, conculcatur eorum semen. Non est profectò sapientia, non est certè prudentia, nō est sanè consilium aut fortitudo contra Dominum: nisi enim Dominus, (inquit Regius Propheta) custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodite eā. Imò si insurgit: si persequitur: ad præsidiammunitionū, pecuniarum et regnorum frustra decurritur: quia nemo est, qui de manu Domini possit eruere. Quis Alexandro maior in Græcia? cui tamen nō propria proles, sed saltatricis successit filius? Quis Cæsariæ Domus seriem nescit? quæ sæpenumero hostes aut ignotos habet successores. Idcirco vos omnes humiliter precor Reges et Principes, si tñ huiusmodi (vt suprà declamauiimus) mali modò inueniatur: sic vestra deiceps dirigere velit opera ad exēpla Caroli M. Rom. Imp. vt qui viderit opera vestra bona, glorificēt patrē vestrū

X iij qui in

Cap. 8.

qui in coelis est, alioquin vereor, illud verificari in vobis quod Ecclesiastes, interdum nempe ait, dominatur homo homini in malum suum.

Reliquit præterea Deus Apostolos, Episcopos, pastores, & sacerdotes in terris, donauitque illis potestatem suum pascēdi gregem, suumque consecrandi corpus & sanguinem, & absoluendi quemlibet a quolibet, ac ratum se habiturum in coelis est pollicitus, quicquid ab illis per hanc potestatem ageretur in terris. Sed si clerum hoc tempore respicias, in aliquibus videbis bestiae portentum. Dei seruitium aut ignorant aut negligunt, terrenis lucris inserviunt, sacerdotium per immunditiam polluunt. Alij beneficijs acceptis, illi adulationibus, quidam muneribus, isti precibus emunt & conferunt sacerdotia.

Sunt & alij, quorum causa, sancta Christi vniuersalis Ecclesia a triginta & ultra annis incommoda passa est multa, qui contra iustas Ecclesiae ordinationes concubinam sub vxoris nomine, post liberam Deo factam in contrarium promissionem habent: incautos per opera carnis



ra carnis Christum quærere docent, ieiunia contemnant, sacramentalē confessionem spernant, fornicationem suadent, omnes scripturas ad salutem pertinentes, aut abdicāt, aut suo quisque iudicio perniciosē interpretatur: omnibus denique modis laqueos, insidiasq; simplici populo ponunt, quem cœcum ipsi cœci ad interitum præeunt, dum putāt, aut credi volunt, vniuersalis Christi Ecclesiæ doctrinā utilitati Reipublicæ non conuenire: quia nolunt stare Rempublicam firmitate virtutum, sed impunitate vitiorum. Eam ob rem meritō eorum fictam doctrinam fugere populum docet **EVANGELISTA** dicens: Et si huiusmodi Pseudoprophetæ, aliàs in fide & charitate Christiana vixere nobiscum, modò tamen non sunt ex nobis: non est igitur cur si 1. Ioa. 2 de eis adhibeatis viri Christiani: si enī ex nobis essent, haud dubiè nobiscū in vera Christi fide permāsisset, et a Christo ad Lutherū nunquam cōfugissent. Ad hæc, salubrem doctrinam esse duntaxat a vera **CHRISTI** ecclesia petendam, docuit, extra quam nec salus est, nec alicui patet ad gloriam aditus.

Insuper

Insuper quàm plurimi fuerunt sanctissimi Patres, vt Augustinus, Hieronymus, Bernardus, Basilus, Benedictus, Dominicus & Franciscus, quorum virtus, vita, & doctrina in hũc vsque diem totum illustrat orbem, qui monasteria constituerunt, ac modum viuendi, quo faciliùs cœlorum aperitur via, voluntariè monasteria ingredientibus posteris reliquerunt. Attamen contemplare modò quosdam, qui aliàs sibi religiosi nomen vendicauerunt, & videbis eos per fictam professionem Deum iridentes: Normam regularem moribus & vita calcant: habitum aut donum, in qua religiosè vitam agere cogũtur, vt liberiùs viuant, deserunt.

Prætereà sanctissimæ quoque mulieres, vt Martha, Clara, Catharina (quarum imitatione ad cœlum euolarũt plurimæ mulieres) loca & viuendi normam, qua faciliùs itur ad CHRISTVM, mulieribus ordinarunt. Si verò nunc oculos aperueris, haud dubiè cernes in quibusdam monstrum quoddam. Hæ a tenera ætate impudicitiam edoctę, velint, nolint, ad loca clausa trudentur, vnde potiùs damnationem

damnationem sibi ipsis ac superioribus acquirunt suis. Quædam verò inconsideratæ, quædam nimis audacter vel se operire festinant. Quibus ex rebus quanta sequantur incommoda, qualisque vita sequatur, quã aliena ab illa simplicitate, modestia, pudicitia, religione in Deum, atque a reliquis, quas professio illarum pollicetur, virtutibus, nimis, proh dolor, est omnibus manifestũ. Væ igitur vobis, præfules, & quorum interest, in Ecclesia sic rectè fieri omnia, vt cum viderint homines opera vestra, glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.

**D**E iuris prudentiæ laudibus pauca prius proferam, quàm ad ipsos iuris peritos descendam. Illud in primis eam maximè commendat, magnam & legum & exemplorũ copiam ex veteris testamenti literis esse depromptam, ac lex noua miris modis magistratus comprobatur, quorũ officium est, Iudicijs lites dirimere, & noxios ac facinorosos legitimo iudicio condemnatos, supplicio afficere. Porro quantum honoris, iuris prudentiæ debeatur, prudentissimus Atheniensium legislator

gis lator Solon (homo pro sua religione prudentissimus) exemplo nobis est, qui fundatā legibus honestissimis Atheniensium Remp. eō dignitatis euexit, vt cæteræ deinceps ciuitates indè iura peterent, et non solùm Græcia verùm etiam Roma ipsa nō aliunde duodecim tabularum leges, quibus formata, orbis imperium peperit, in Rempublicam suam magno studio attulit: vnde & honores diuinos consecuta est: Istiusmodi enim leges non posse, nisi ab homine diuina mente predicto, excogitari, iudicabāt Lacedæmonij, vt docet Demosthenes, dicens, Legē esse donum deorum: verū, proh dolor, quid de quibusdā, qui his temporibus iurisprudentiam exercent, dicemus? cū nec rectam regulā rationis, quā profitētur, sint plerique sequuti, nec memores doctrinæ SALOMONIS præcipientis, Diligite iustitiam, qui iudicatis terrā, vnquā fuere. Nec ECCLESIASTEN audiunt, cū doceat. Noli nimiū esse iustus, id est, seuerè nimis sententiam dicere: nam stultus, legibus rigidè obseruatis, plus nocet, quā sapiens, dissimulatis: eā ob rem Philosophi virtutē moderationē legis esse dixere, ac legē viuā, imperatorē esse, quia po-

quia potest et debet ipsam legem adaptare tēpori: sed heu, quo ventū est hodie, vt qui Principis irā rationibus mitigare debeāt, frequēter in ipsius perniciē, atque totius Reipublicæ cōtra cōscientiā consulāt: quapropter opere p̄tū vtilius esse, quorū dā, licet paucorū oīa silentio p̄terire vitia, et calliditates, quā vel pauca enarrare, vel ī nos eorū odiū cōcitare, arbitramur.

Ad Medicos igitur nunc me conuertam, licet artem suā ornare possint, eò quòd CHRISTVS ipse, Apostoli que oēs, & Euangelista ille LVCAS, infirmos curauerūt, licet haud vulgaris ingenij sit tam varias, tā difficiles, tā obscuras ac perplexas morborum causas cognoscere, et mētis acumine vsq; ad intima hoīs viscera penetrare: tā multiplices corporū constitutiones deprehēdere, & in morborū generibus, tā multis ac varijs apta medicamēta tēperare. Quid dicā inumeras herbarum vires ac formas animaduertere atq; discernere? tā diuersorū pulsuū discrimina distinguere? signa morbi presaga notare? Equidē dixerī eū, qui vnus tam multa inerrabili solercia mentis ac sagacitate comprehendere potuerit, diuinæ propemodū eiusdem naturæ participem esse.

Y Quò

Quo minùs miror, si gens rudis ac superstici-  
 sa tam præclari inuēti ac beneficij nouitate ad-  
 mirata Apollini eiusq; filio Esculapio medi-  
 cinę auctōribus immortalitatem decreuerit,  
 & Hypocratem medicorū facilè principem  
 Gręcia Herculi honoribus equauit, quòd pe-  
 stem ex Illyrico in Grętiam grassantem depu-  
 lerit: Idcirco neque iniuria profectò ipse venit  
 colendus medicus, humanę vitę mille morbo-  
 rum formis infestate, tantopere utilis ac neces-  
 sarius, cuius operã nulla ætas, nō sexus vllus,  
 nō vlla hominū cōditio, nō desiderat. Morbi  
 enim nemini parcunt, non seni, non puero, nō  
 viro, non mulieri, non obscuro denique, aut  
 nobili, priuato aut magistratui, verùm omnes  
 ex æquo oppugnant. Quòd si vita nihil dul-  
 cius, morte acerbius nihil, quantum medico  
 debetur, qui fugata morte, vitam tuetur pēri-  
 turam. Si sanitate nihil melius, egritudine ca-  
 lamitosius nihil, quæ digna medico merces re-  
 pēdi potest, qui morbos arcet, aut iã dominan-  
 tes ac tyrānidem in corpora nostra exercētes,  
 propulsat. si tñ diligēter eos aspicias, in quibus  
 dā quoq; videbis quandā tyrānidis effigiem,  
 dum opus misericordię pauperibus vendūt,  
 dum ho-

dum homines non solùm impune interficere norunt, verũ etiam suo maximo cum lucro: vnde potiùs quidam, malefici quàm medici nomen, merentur.

Quid tandẽ de Astrologis, mathematicis, magica, et arte perstringẽdi oculos, quibus vt maximis sciẽtijs Græci oẽs se iactãt, et sibi placet, dicemus? quũ diuinã prouidẽtiã spernãt, astra colãt, futura incerta pro certis, falsa pro veris pronũciẽt: dies, et momẽta obseruẽt, et liberũ hoĩs arbitriũ negẽt? Quãuis quidã eorum modestis. certò nec syderibus rerũ pollicẽtur effectus: nec eas necessitati lege dispositiõis astringũt: sed, quia sæpenumero electiõe humanæ volũtatis ad sensibilia procliuis, vêturę sũt, certis pronũciãtur iudicijs: atque ideo eas p̃dicere nõ verẽtur, licet rẽ ipsã aliter esse, credant possibile: quoniã futurũ cõtingens aut necessariũ etiã p̃uisũ ab æterno, potuit nõ esse p̃uisũ, et cõsequẽter nõ fore: nã Deus mũdũ futurũ, & ignẽ calefacere p̃sciuit, q̃ si fore noluisset, haud dubie nõ fuissent sic p̃uisa: similiter ab æterno p̃scitũ est socratem sedere, qui si sedere noluisset, certe p̃uisum minime fuisset. Quapropter ne vnũ quidem verbũ de illis scribã: quãdo-

Y ij

quidem

Cap. 10  
Act. 1.

quidē etiā quod PAVLVS dicat, flocci faciunt huiusmodi hoīes: ait enī Apostolus, Antequā nati essent &c. Iacob Dominū fratrum suorū cōstituit, Et Hier. A signis, inquit, coeli nolite timere vt gētes. Nō igitur vestrū est cognoscere tēpora vel momēta, quę pater posuit in propria potestate. Verū theologiam duntaxat a Deo profectā esse, non humano excogitatā ingenio, nō humanis rationibus assertam, sed cœlesti spiritu afflatam, atque diuino testimonio comprobatā, non hominis voce proditam, sed Dei præconio promulgatā esse credatis. Cū enim Dei Patris maiestas, celsitudo, bonitas, nulli nisi filio perspecta sit (etenim ad claritatis eius radios humanę mentis acies caligat) misit Deus Filium humanę carnis velut inuolucro obductum, humanis oculis spectabilem, manibus contrectandū, sensibus cōspiciū, vt per eū, sine quo cognosci nō potest, ipse nobis innotesceret. Hic nobis è cœlo theologiā in terras deportauit: hic certissimā Dei cognitionem, veritatis spiritu asseruit: ipse omnes veterum sophistarum impios de Deo errores sustulit, vanissimas opiniones confutauit, mendacem sapientum sapiētiam perdidit,

Ioues,



Ioues, Mercurios, Apollines, et stultarum gen-  
tium stultissimos deos aut potius demones im-  
purissimos, qui incorruptibilis Dei gloriam  
sibi impiè vendicantes inanibus titulis, homi-  
nibus illudebant, è medio sustulit, ac pro va-  
na superstitione certissimã religionẽ ac verũ  
Dei cultũ induxit: hũc contẽplamini: ex eius  
vita, doctrina, miraculis, ac lege si rectè metia-  
mini, lōge verius iudicare poteritis, quis sit ve-  
ri hominis ortus, quis progressus vite, quis de-  
niq; finis: hæc enim astrologia aut potius cœli-  
stis et saluberrima philosophia quod hominis  
est propriũ, cõtẽplatur, nõ quod cũ brutis cõ-  
mune, quod solũ sideribus subest, nõ philoso-  
phorũ opinionibus nititur, quorũ sapere est  
desipere: sed summam sapientiam habet au-  
thorem. Hæc ad vos clamat, qui secreta natu-  
rę curiose et supersticiose rimamini, dicēs: Vt  
quequo paruuli diligitis infantiam, et stulti ea  
quæ sibi sunt noxia, cupiunt, & imprudentes  
odibunt scientiam: Conuertimini ad correpti-  
onem meam, cum proferam vobis spiritum  
meum, & ostendam vobis verba mea: Vtinã  
hæc legerent vt illa despicerent: sed ad reli-  
qua properemus.

Pro. i.

Y iij

Postremo

POSTREMÒ de campforibus, venditoribus & emptoribus, atque cuiusvis artis peritis hominibus haud verba faciam (quàmuis illis indigeat Respublica) quum quorundam vita, quàm sit mēdacijs, technis plena & vsuris, nullos homines lateat.

IN summa, verte te precor, candide lector ad plebem reliquam, ac vulgus indoctum, & inuenies in ea quosdam bestiæ effigiem habentes, quãdoquidē eorū quidã, Summū primū Pōtificem, Cardinales, Episcopos, Abbates, pastores, doctores, et sacerdotes omnes, quibus commisit CHRISTVS eorum animarum curam, despiciunt, & irrident: & cū malum omen nunciare volunt, ecce (aiunt) sacerdos, frater, soror, monachus, aut monacha adest: De Deo quicquam audire cōtemnunt, totum tempus vitæ in maledicendo, quæ sciunt, quæque nesciunt, in vanitate, iactantia, & diuitijs quoquo modo acquirendis, ducūt vitam, & ad omne opus reprobū sunt, ad bella parati, ad destructionem bonorum, tum animæ tum corporis proximorum proni sunt, Deo ventri tota intentione deseruiunt: per varia carnis

ria carnis desideria diffluunt, seditiosi proditores, tumultuosi, inuidi, rapaces sunt prope modum omnes, & per omnia vitam bestialem ducunt.

**D**Einde oculis etiam clausis quarundam mulierum nostri temporis superbia cernitur, In his bestia omnes suas pompas & monstra posuit, & has sua arma ferre disposuit. Vides qualiter illa iuuenes, picturis, tortis crinibus ad luxuriam illaqueat, illa multos veneno enecat, hæc viri vitam auro prodit, & aliorum filios proprio marito donat, bona aliorum filiorum surripiens. Altera filias prostibulo tradit, hæc partus suos occidit, illa ad lites provocat, altera ad bella etiam instigat, ista maleficijs mentes hominum alienat, hæc ridendo multos decipit, illa flendo plerosque seducit.

**S**ED de his hæcenus, quæ quidem non propterea sunt a nobis commemorata, ut aliquem ordinem iniuria afficeremus, sed ut ostenderemus verum fontem, ex quo manant huiusmodi aduersus hanc gratiam diuinæ distributionis querelæ, in causa quippè nihil ali-

Y iiij      ud est,

ud est, quàm peccata nostra, & cupiditas im-  
 punè quælibet scelera perpetrandi, & metus  
 suppliciorum, quæ iustè sunt omnibus impijs  
 præparata: & superbia, qua nos nō solùm ma-  
 ioribus exæquari, verùm etiam illis esse supe-  
 riores cupimus. Quòd si singuli partes a Do-  
 mino nobis impositas modestè simul & dili-  
 genter exequeremur, si vitam nostram prædi-  
 ctis sceleribus non macularem, imo si post  
 eam maculatam aliquando resipiscentes ex  
 toto corde conuerteremur ad Dominum, cō-  
 tinuò profectò sublatis omnibus murmurati-  
 onibus non solùm admirabilem eius in gratiæ  
 suæ distributione ordinem vehementer lau-  
 daremus, verùm etiam nos eo gradu gratiæ,  
 qui nobis ab eo collatus est, rectè vtentes,  
 eam quotidie augeri ac multiplicari eius be-  
 nignitate experiremur, & hoc modo po-  
 tiùs ad abundantem illam gratiam perueni-  
 remus, cuius influxum impijs his querelis, &  
 impuritate vitæ nobis subtrahimus: est enim  
 omnipotentis Domini æterna lex, vt mna in  
 utilis serui ac eam in terris defodientis, illi adē-  
 pta, probo seruo decem mnas possidenti, do-  
 netur: **Quicumque ergo non ita penitus ani-**  
 mum vi-

mum vitijs occoecarūt, nec gratiā diuinā omnino repudiarunt, hi non solum iustitiam, sed summam etiam misericordiā in omnibus operibus diuinis animaduertunt: intelligunt enim ob huiusmodi homines merito infernū esse creatū ante peccatum, quò, videntes tam atroces poenas impijs propositas, magis pertimescerent, ac minori venia digni iudicarentur, qui nec sic quidem potuerint a transgrediendis diuinis præceptis deterreri. Hi sunt etiā qui intelligunt id, quod toto hoc libello præcipuè conati sumus probare, nempe quòd iustissimo Dei iudicio homines damnantur, quòdque summa Dei misericordia aliqui eorum per poenitentiam saluantur: etenim etsi misericors sit Dominus, iustum quoque esse necesse prorsus fuit, vt postquam homines iniuste ipsum Deum relinquunt, non omnes saluentur, alioquin exclusa fuisset iustitia, ac videretur quodammodo Deo placere peccatū: nec etiam omnes damnarentur, alioquin exclusa esset misericordia: & quia equum erat, incolumem manere semel ab illo datam humanæ creaturæ libertatem, ideo nullo modo licebat violenter hominem saluari, & quia eadem libertate

bertate vitio nostro labefactata, nō poteramus ad salutem nostram peruenire: idcirco cū viribus nostris coniunxit gratiam, vt illa nobiscū operante omnes possemus saluari.

**H**ÆC certè sufficere possunt friuolis hisce dictorū hominū cauillatiōibus: Sed quia adhuc instant aduersus inæqualitatem donorum & præmiorū diuinorū, ideō non abs re erit, breui quadam digressiuncula, in tota natura ostendere nihil esse hac, quam ipsi accusant, varietate pulchrius, admirabilius, & diuinius. Argumentātur autem satis ineptè, hunc nimirum in modum: Cū nec malefacta hominum Deo quicquam noceant, nec benefacta profint: nō enim bonis nostris eget Deus, nec eius præceptorum transgressio aliquid ei foelicitatis adimit, sicut obseruatio præceptorū nullam adfert illi vtilitatem: cur eos post mortem segregat, et non pariter et æqualiter in vnum locat? Hoc quidē argumentū quā nullā vim habeat, facile intelligi potest: nō enī propterea sequitur eūdē deberi malis et bonis locū, eo quōd Deus aliorū virtutibus nō iuuatur, nec aliorū peccatis læditur: sed quia, (sicuti diximus)

diximus) volumus ostendere, quàm sit hæc, quæ reprehenditur varietas, commendatione digna. Idcirco conclusionem ipsam breuiter per totam naturam oculos tranferentes, probemus. Quis ergo, vt hinc primùm ordiamur, esset decor picturæ, si pictor laquearia per totum ædificium cooperiret vno colore? Nec etiam pictura posset dici. Nunc diuersos colores diuersis locis pingit, & multipliciter variando totam picturam distinguit, & sic opus suum delectabile visu reddit: Et vt summatim singula percurram, & quasi aliquos flosculos indè ad coronam carpã: quænam pulchritudo esset, si omnes stellæ in cœlo pares essent? Nunc gratia est præstãtior, dũ alia alijs cõspicitur clarior: In aëre quoque nõ esset speciositas, si omnes aues generis vnus, & vnus coloris pares faceret æqualitas. Nũc verò qualis illis inest varietas in genere, in colore, in feritate, in mäsuetudine? Quid autem haberet pulchritudinis, si in mari non essent nisi pisces vnus generis. Nunc verò, qualem in eo pulchritudinem efficiunt diuersa genera piscium, diuersa animalium, volucrum, & quædam forma, quædam magnitudine mirè  
ab alijs

ab alijs distantia. Porro quæ pulchritudo esset, si in terra non esset, nisi vnum genus bestiarum, vnum arborum, vnum lapidum, vnum herbarum, vnus color florum, Nunc verò quam miranda pulchritudo in bestijs, in reptilibus, in serpentibus consideratur, quæ cum diuerso genere, diuerso colore, diuersa natura multum inter se distent, maiorem delectationem intuentibus præbent, Quam magna diuersitas est in arboribus, & in earum folijs & floribus. Iucundissimum discrimen est in lapidibus, & in eorum coloribus. Quàm mirifica varietas in herbis, & in earum floribus. Quam delectabilis & quàm varia gratia in coloribus. Hæc diuersitas singulorum, maiorem gratiam considerantibus & admirationem præbet, quàm si non nisi vnum genus existeret, & artificis sapientiam summoperè commendat varietas concinna.

Verum de paruis ad maiora transeamus, Quæ pulchritudo etiam in hominibus, si omnes vnum membrum essent. Nunc multò pulchrius est esse diuersa membra, esse visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum,



tactum, esse manus, esse pedes, & cætera membra, quàm vno membro totum corpus includi. In humano autem genere quæ pulchritudo esset, si omnes homines pares essent? Quæ pulchritudo in clero esset, omnes esse Præsules, aut in populo omnes esse Reges? Nã quorum essent Reges & Præsules? Quàm conspicienda variatio in clero, quosdam inferioris gradus sacerdotes, quosdam in alijs gradibus constitutos. In populo verò quosdam esse reges, quosdam esse duces, quosdam comites, quosdam milites, quosdam in familia Cæsaris & regum, maioris inferiorisque gradus, & quosdam agricolas. Quàm mira varietas est, esse diuersas gentes, diuersas nationes, diuersas linguas, diuersas conditiones, diuersas dignitates, diuersas ciuitates, diuersas leges, diuersa iura, diuersa concilia, diuersa monasteria, in vnum CHRISTVM tendentia. Nonne egregium est apud Panormitas, intueri vnus eiusdemque patris plures filios, quorum primus liberalitatem et magnanimitatem, alter iurisprudentiam, ille, quem potissimùm diligit pater (facie enim & moribus similis est illi) grauissima Cæsaris

Z

negotia,

negotia, iste sacras literas, alius arma, postremus verò religionem Christianam & militarem, sub nomine præcursoris Domini est amplexus.

**P**ORRò quàm suavis, delectabilis que diuersitas inter mulieres, quòd vna præcellat genere, altera pulchritudine, alia dignitate, alia morum amabilitate, illa calliditate, hæc simplicitate & mansuetudine. Illa nimirum Martha in rebus domesticis, altera nimirum Magdalena in cõtēplatione præstat. O quã mentē delectat teneritas infantium, robur iuuenū, grauitas senum. Quid? nõnne hoc domus bene constituta postulat, vt sint in ea diuersa vasa, quædam aurea, quædam argentea ad honorem pertinentia, quædam verò ferrea & lignea ad humiliora ministeria? Quæ omnia quãuis non sint in vno loco, nec paria, tamen omnia in domo sunt necessaria, & citra culpam nullum frāgitur, aut perpetuò reijcitur vas, sicut Deus absque culpa nullum a regno reijcit hominem. Hæc omnia consideranti in Republica, ingerunt stupenda quædam, veluti cuiusdam picturæ, obiectamenta.

Denique Deus in regno suo, quod continet cœlum,

net cœlum, terram, infernum, & his co-  
 hærentia omnia atque subiecta, disposuit  
 cuncta, vt sibi placuit, & vt decens fuit,  
 posuit in cœlo Angelos, quod decuit cœ-  
 lum: posuit in terra homines, quod decuit  
 terram: posuit in alijs creaturis alia, quod  
 illas decuit. Et frustra quis de locorum dif-  
 ferentia quærit, vbi quisquam, Deo dispo-  
 nente per gratiam aut iustitiam distributi-  
 uam, ponatur, cùm Deo de omnibus locis  
 laus referatur: in cœlis ab angelis laudatur,  
 quòd visione eius suauitatis fruantur. In ter-  
 ra ab hominibus benedicitur, quòd ab eo pa-  
 scantur. Et cùm scriptum sit: Omnis spiritus  
 laudat Dominum, laus quoque ei ab inferno  
 fertur, dum rebelles spiritus ei in poenis sub-  
 duntur.

In ipso autem Dei palatio, quod regnum  
 cœlorum vocamus, quàm dulcis & glori-  
 osa diuersitas esse creditur, dum aliam glo-  
 riam Angeli, aliam Archangeli, aliam at-  
 que aliam illi & illi ordines, & aliam Pa-  
 triarchæ & Prophetæ, aliam Apostoli, aliam  
 Martyres, aliam Cōfessores, aliam Virgines,  
 aliam

Z ij

aliam heremitæ, aliam monachi, aliam viduę,  
 aliam coniugatæ, & alij alios gradus habere  
 leguntur. Hæc omnia tam variabili pulchri-  
 tudine diuersa, ab æterno instituit semper in-  
 uariabilis Dei sapiētia. Et licet vniuersi appo-  
 sita pulchritudo causa non sit, quare in vnum  
 non collocentur homines omnes, sed vt cōdi-  
 toris inenarrabilem sapientiam cum stupore  
 miremur, ac rerum multigenam varietatem:  
 tamen ipsa cōditio hominū pignantū virtute  
 & vicio, pugnātia pariter vendicāt loca, ita vt  
 si velis in vnum copulare, suapte natura non  
 patiantur: sicut si cū luce summa tenebras dē  
 fissimas iungas. Rursum cū in virtutibus sint  
 gradus, similiter & vitia paria nō sint, cui du-  
 bium esse potest, quin fructus qui inde nascū-  
 tur, veluti honor, gloria, triūphus, sedes placi-  
 da, similiter dedecus, ignominia, abiectio, car-  
 cer pedore plenus equaliter sint auersa. Cessēt  
 igitur horū querele, qui nec rerum naturā cō-  
 templantur, nec inter virtutē et vitiū differen-  
 tiā norūt, quorū cœcitas latuisset, si tacuissent.  
 Habes igitur, Christiane lector, in vniuersum,  
 quare meritò non omnes homines saluantur  
 aut damnantur, & in vnum collocantur.

Quæ qui-

Quæ quidem satis sufficere debent istis hominibus non tam curiosis, quàm vanis, & (sicut diximus) sub harum calumniarum prætextu, vitijs suis indulgere cupientibus. Præscijs autem SAPIENS aliarum multarum vanitatum, & huius, hoc omnium vanissimum esse iudicat, dicens: Sunt iusti, quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum, & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta haberent. Hoc autem curiosè in particulari inuestigare, vanissimū esse iudicat: nam sequitur, Intellexi quòd omnium operum Dei, supple præter misericordiam & iustitiam, nullam possit homo inuenire rationem, eorum quæ fiunt sub sole, & quantò plùs laborauerit ad quærendum, tantò minùs inueniet: peculiarìa enim secreta diuina, nobis prorsus in hac mortali vita abscondita sunt. Quapropter beatus AVGVSTINVS ait: Noli iudicare, si non vis errare. Docuit enim PAVLVVS, incomprehensibilia esse iudicia Domini, intellige in indiuiduo & ad amussim, atq; inuestigabiles vias eius. Verùm certum est, quòd omnia recto suo iudicio disponat Deus: Ideo

hs 315

Z iij tantum

*Ioan. 9.*

tātūm abest vt benignus omnium Pater quosdam ad æternum supplicium creauerit : vt eius discipuli (quàmuis sciebant rectum iudicium Domini) causam cuiusdam cœcitatatis ab eo exquirant, dum aiunt: Domine quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cœcus nasceretur? Quibus causam assignare haud est Dominus dedignatus. Cæterū CHRISTVS se pius peccatum poenæ temporalis, & æternæ causam esse docet, inquiens : vade in pace, & noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat. Et alibi: Esuriui, & non dedistis mihi mā ducare, sitiui & non dedistis mihi bibere, hospes eram, & non collegistis me, nudus, & nō operuistis me, infirmus & in carcere & non visitastis me, Ideo ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Talpa igitur cœcior est, qui hominem sine peccato aliquo priuari bono, aut puniri in sempiternum a Domino Deo Optimo Maximo asserit: At licet singulares & definitæ causæ, cur hunc puniat Deus, & alterum beet, nobis sint obscuræ, quia hæ nunc ænigmaticè & per speculum videntur, eas tamen in patria Deo operante & cooperante, clarè & facie ad

cie ad faciem perspiciemus. Præterea vt ami-  
 corum præcibus & promissionibus supra ha-  
 bitis locum demus, quædam de peccato origi-  
 nali, quæ alias ex varijs authoribus depro-  
 psimus, atq; plus ceteris probabilita-  
 tem modo nobis habere vi-  
 dentur, annectimus.

**Z** iiii

**DE PEC-**



de hoc peccato agitur id dicitur nobis esse  
 originale, quod vbi prius peccatum actuale  
 fuit. Et ne cui hoc videtur mirum & inordi-  
 num mentem nostram primis auctoritatibus  
 patrum auctoritate propalatur & quo prius  
 in quod dicitur accipitur sic & peritiam  
 Deinde peritios sentis excludimus. No-  
 tum enim nec patribus nec factis sanctis  
 citis nos obijcere, nec dicitur, aut sentis dog-  
 mata evocare, igitur vt ad probationem ve-  
 ritatis perpendamus quædam paulo antea  
 hic locum in quo nempe dicitur, omnes pec-  
 caverunt vbi primus in se foret inquit peccatus  
 (q; sentis etiam in quo dicitur omnes peccaverunt  
 inquit dicitur

# DE PECCATO

## ORIGENALI BREVIS AC

dilucida disputatio, qua patrum & neotericorum sententias conciliari, arbitramur.



**D**E originis peccato varia hodie sentiuntur, nos sequuti Apostoli doctrinam in cap. 5. epistolæ ad Roma. (in qua omnium iudicio de hoc peccato agitur) id dicimus nobis esse originale, quod Adæ primò peccanti actuale fuit. Et ne cui hoc videatur mirum, & inauditum, mentem nostram primùm ratione, tum patrum authoritate probabimus, & quo sensu, quod dicimus, accipiendum sit, aperiemus: Deinde peruersos sensus excludemus: Nolumus enim nec patribus, nec sacrosanctis concilijs nos obijcere, nec dānata, aut sepulta dogmata reuocare. Igitur, vt ad probationem veniatur, perpendamus, quæso, paulò attentius, hūc locum, in quo nempe dicitur, omnes peccauerunt: vbi primùm (si fontem ipsum accedas) sensus erit: In quo Adam omnes peccauerunt, quan-

Obserua.



runt, quanquam D. AVGVSTINVS nō referre dicat, siue in quo Adam, siue in quo peccato intellexeris. Sic igitur Christiane lector collige. Quod si in Adam peccante peccauimus omnes, vel si in eius peccato peccauerimus, sequitur quod in eo transgrediente, & Dei sui mādata negligente, simul trāsgressi sumus, & Dei mandata negleximus. Quomodo enim in Adam peccassemus, nisi quod ipse fecit peccatum, similiter commissemus & nos. Et si non habemus primum Adę peccatum, nō in Adam peccauimus, nec in Adę peccato, nec per eius inobediētiam sumus cōstituti peccatores. Nō enim censetur quis facere quippiā in alio, nisi quod alius facit, faciat et ipse. Quod si ipsius D. Ambrosij verba diligentius perpendantur, videri poterit, non dissimiliter ab Augustino interpretari: Dicit enim Paulum docere, quod prouidentia vnus Dei per vnum reformat, quod per vnum fuerat lapsus, & tractum in mortem: id autem, quo lapsus est & tractū in mortē, genus humanum, quod per CHRISTVM reformatur, est peccatum originale. Deinde quibusdam interpositis dicit, declarari ab Apostolo peccatum

peccatum per vnum hominē intrasse in hunc mundum per particulam subiectam: In quo omnes peccauerunt, quā sic exponit. In quo, scilicet Adam, tanquam in massa, omnes peccauerunt. Ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes, nati sunt sub peccato. Ex eo igitur cūcti peccatores, quia ex ipso sumus omnes. Chrysostrmus licet parè admodum attingat hanc particulam, tamen quæ sit eius sententia, vtcunque colligi potest. Quid est, inquit. In quo omnes peccauerunt? hoc est, in illo lapso facti sūt oēs mortales ex ipso, etiā qui de ligno nō comederūt. Quòd si oēs per Adā peccantē facti sunt mortales, ergo oēs peccatores, iuxta ratiocinationem factā ex Apostolo à D. Thoma lib. 4. contra Gentiles. Nā poena non infligitur, nisi propter culpā: quare & pueri facti sunt peccatores: at non imitatione, ergo origine, & propagatione. Hāc esse D. Chrysostrmi sententiam, euidētius liquet ex Theophilacto, qui (vt est ferè in omnibus eius imitator) ipsius sententiam proponit aperitiùs. Quid est aliud inquit, In quo omnes peccauerunt, nisi quòd omnes in Adam peccauerunt? Adam labēte, etiam qui non ediderunt de ligno

ligno isto, quoniam ipsius crimine facti sunt mortales, perinde ac si ipsi essent ipsi actuali peccato obnoxij, quibus perspicuū est cū Chrysofostomo Theophilactū dicere: Non solū oēs per Adā labentem factos mortales: sed tales factos crimine ipsius Adę, perinde ac si (actualiter intellige) peccassēt et ipsi. Quæ oīa peccati propagationē palā sonant, nō imitationē. Prætereā Oecumenius, quàmuis imitationem admittat, propagationem tamen concedit: nam quæ dicit ex Photio, exponens illam particulam (In quo omnes peccauerūt) videntur omnino propagationem indicare, non imitationem. In quo, inquit, Adam, vel per quem, vel propter quem, etiam & alij: vbi videtur subintelligēdū (erāt), vt indicet ideo oēs in Adā peccasse, quia oēs erāt in eo peccāte: quod nō est aliud, quàm omnes cōtrahere ab eo naturam peccatricem. Neque potest intelligi verbum (peccauerunt), quādoquidem aliàs idem explicaret per seipsum. Quod autē additur (aut propter ipsum) suspicamur subesse mendum, vel negligentiam librarij. Hinc mox subiungit, In ipso Adam simul morimur, quia in ipso simul peccauimus. Deinde, quæ docet Origenes,

Peccare in Adā quid est.

genes euidenter ad propagationem pertinent, quum de peccato loquitur, ex quo mors in omnes transferit successione posteritatis. Item quia erant in lumbis Adæ, in ipso vel cum ipso oēs expulsi sunt de paradiso. Rursus addit, mortē per ipsū Adā, cui ex priuaricatione inerat, in omnes pertransiisse, qui in lumbis eius erant, quia omnes ab eo originem ducunt. Ex quibus meritò colligere debuissēt Pelagiani, esse peccatum aliquod coram Deo, etiam ante legē datam per Moysen: quoniā mors regnauit ab Adam vsque ad Moysen. Hæc namque mors, dissolutio corporis ab anima, indiuidua comes est ipsius peccati, tanquam causæ proximæ, quàmuis mors nobis naturaliter insit ratione compositionis quatuor contrariarum qualitatum, ex quibus nascitur, tanquam remota causa. A principio namque immortales per gratiam conditi eramus, a qua conditione non nisi peccato excidere potuimus. Interroganti autem culpam: In quo Adæ peccato peccauimus omnes? Respondemus; certè nos non inuenire aliud peccatum a peccato Adæ primo, quod & nostrum dicitur, & est, quia natura Adæ

tura Adæ corrupta & peruersa propagata & transfusa in nos per generationem feminalem deprehendimur cum ipso Adam fuisse & peccasse: hoc est, ex deordinatione nascētis & prauitate concupiscentiæ, necessariò colligitur homo, primi Adæ peccati esse particeps, cum nulla alia origo huius prauæ concupiscentiæ seu prauæ appetitus, prout in nobis nunc est, inueniri possit, quàm prima Adæ transgressio, qua natura humana tota vitiata est. Non igitur hac ratione dicitur actuale peccatum Adæ, peccatum nostrum, quasi nos nullum peccatum in nobis haberemus: sed quia peccati, quod nascentibus intrinsicum est, nulla assignari causa & origo potest, nisi Adæ peccatum actuale. Et hoc est, quod dicit APOSTOLVS, Nos omnes peccasse in Adam. Non ergo peccato Adæ, quia Adæ est, Sed quia nostrum est, siue nostræ concupiscentiæ & prauæ voluntatis origo, dicimur peccatores. Non igitur extrinsecè, aut sola ad pœnam imputatione, vt Pelagiani dixerunt, quos multis locis arguit AVGVSTINVS & Pro-

Aa      sper scri-

Adæ peccatū quare nostrū est & dicitur?

sper scribens contra Casianum collatorem. Sed dicet quis, Quomodo primo illo Adæ peccato priusquam fuerimus peccauimus, vel sumus constituti peccatores, & Deo odibiles, ac natura filij iræ? Dicemus nos in Adam fuisse, tanquam in communi parente & authore originis nostræ. Cùm igitur ipse peccauit, naturam suam vitiauit, & praua concupiscentia infecit se & posteros suos: nec potuit ipse naturam aliter affectam transfundere, quam habuit post peccatum. Sicut ergo infecta veneno radice, flores venenati prodeunt, & gario-phyli positus in radice odor, redolet in floribus: vt si interrogas: vnde flos iste hauserit suauem odorem, vel vbi infectus sit, aut quando sic malè sit affectus? Respondere oporteat, dum radix eius inficeretur, tunc hausit venenum, tunc infectus est flos iste: Ille infecit hunc florem, qui radicem infecit. Sic in proposito, nos per prauam concupiscentiam peccatores Deo displicentes sumus. Nec potest in natura tanta oriri peruersitas, nisi per voluntariam transgressionem. Igitur  
 necesse

nécessé est istam tribuere primo Adæ peccato, & illud nostrum quodammodo est, & vocari debet.

**C**ulpam igitur nobis inesse dicimus, & deordinationem, & animæ maculam, non aliunde in nobis inuentam, quàm ex primo Adæ peccato, quod & commisimus, sicut antè explicatum est. Qui verò nos in odio Dei esse docent ac coinquinatos (quod fateri debet quiuvis catholicus) vnde, quæso ingeniose lector, dicent nos esse maculatos, nisi ex Adæ peccato? Et si Adæ peccatum nos coinquinavit, nostrum fuit, sicut inferiùs docebimus. Non enim solùm alieno peccato maculari possumus. Ex quibus fit, vt omnino similes sint, Adam & CHRISTVS, et ex Adā veteri nati: & ex Adā nouo renati, quoad iustitiam & peccatum. Si enim roges, Cur infans recens natus sit filius iræ? Respondetur rectè, quia prauæ concupiscentiæ est obnoxius, quàmuis actu eam non exerceat. Nihilominus apta etiam erit responsio: quia in Adam erat,

Aa ij    quando

quando peccauit, siuē, quia Adam inobediēs fuit Deo, in quantum videlicet Adæ actualis inobedientia origo fuit concupiscentiæ prauę, peruersęque voluntatis, quæ est in puero. Similiter si curiosior quispiam de baptizato roget, Cur Deo placeat? Rectè respondebitur: quia nouus homo est, habitaculum sancti Spiritus, quia mens eius iusta est. Nihilominus etiam rectè respondeas: quia CHRISTVS fuit patri obediens vsque ad mortem, quia CHRISTVS pro eo mortuus est, quia videlicet origo iustitiæ, quę est in baptizato, est ipsa obediencia, ac mors CHRISTI. Aliud exemplū: Si roges, Cur is, qui bona meā iniuste detinuit, nunc mihi displiceat? Possum rectè respondere: quia bona meā iniuste detinet: Possum etiam rectè respondere: quia mihi bona meā abstulit. Nec tamen hīc nisi vnā causam displicentiæ assignamus: Ita ipse Adam potuit dici displicere post peccatum, quia obnoxius prauę concupiscentiæ, & etiā quia inobediens fuerat: vna tamen semper causa assignatur, nempe cōcupiscentia, id est, prauus appetitus mentis nondum renouatæ per iustitiā debitā inesse, orta ex actuali inobedientia.



obedientia. Pari modo dum dicimus actuale peccatum Adæ, esse nostrum peccatum, & nos in Adam peccasse, non est putandum, nos recedere ab AVGVSTINO, et alijs Doctoribus, qui dicunt concupiscentiam esse peccatum, quod nos etiam libenter confitemur, in genere tamen causæ materialis: sed eatenus ipsius actualis Adæ transgressio, nostra dicitur, quia origo est prauæ nostræ concupiscentiæ, & prauis desiderij.

Quærenti autem, quomodo istud peccatum ad posteros descendit, dicitur: Quòd qui cunque ab Adam naturali via propagatur, nisi peculiari priuilegio præueniatur, dignoscitur in Adam fuisse, ac cū eo peccasse, quare dum generatur, deprehenditur peccati illius particeps fuisse, nō alia ratione, quàm quia in Adam fuit, & sicut in eo fuit, ita in eo peccauit, vt prius adducta similitudine de Adā & Christo manifestum fecimus.

Errant idcirco Pelagiani, dum illud peccatum Adæ ita fuisse originale, vt solū modò fuerit personale illius, & non nostrū asserunt:

*Pelagij  
error.*

Aa iij & ideo

& ideo nihil nocuisse nobis, nisi ipsum imitemur Adam: ac propterea propagatione minime transfundi, sed duntaxat exēplo & imitatione cōtrahi, sicut Angelorum peccata.

Quod quidem quā sit erroneum, & a veritate alienum, sacra concilia, Mileuitanum nempe, & Arausicanum docuerunt, & sancta Tridentina Synodus firmavit, atque in sequentibus clarè patebit. Nam si Adæ peccatum non est nostrum, qua ergo iustitia & æquitate nobis nocuit, & eius pœnas sustinemus? Igitur illud est nostrum peccatū, quod si non fuisset, nihil propriarum pœnarum originalis peccati in nos dimanasset. Vnde merito dicit AVGVSTINVS, quòd sit nostrū propagatione & transfusione cōtagionis culpæ, non pœnæ tantū: nam nobis innascitur, quod Deus odit. Et iniustè pœna parvulis infligeretur, si in eis nulla esset culpa:

quomodo  
peccatum  
Adæ transfunditur  
in nos.

Quæ cum sit actus & accidens, non transit de subiecto in subiectum: siquidem nec ipsa culpa, seu peccatum actuale Adæ propriè trāsfunditur, sed dicitur transfundi, quatenus natura Adæ transfunditur, corrupta per peccatum Adæ. Ob quam rem idem lib. 3. de peccatorum

catorum meritis & remissione, in hunc modum scribens, ait: Nec illud liquidè dici potuit, quòd peccatum Adæ etiam non peccantibus nocuit, cùm scriptura dicat: In quo omnes peccauerunt. Nec sic dicuntur aliena peccata, tanquam omnino ad paruulos non pertinerent: Siquidem in Adam omnes peccauerunt, quando in eius natura, illa insita vi, qua illos gignere potuit, adhuc omnes ille vnus fuerunt. Et infrà cap. 8. Aliena quippe erant, quando hi qui ea propagata portarent, nondum erant. Nunc verò carnali generatione iam eorum sunt, quibus nondum spiritali regeneratione dimissa sunt. Sed dicuntur aliena, quia ipsi nondum agebant vitas proprias: sed quicquid inobedienciæ, superbiæ, gulæ, atque peccatorum huiusmodi erat in futura propagine, vita vnus hominis continebat.

Atque ideo D. Thomas inquit: illud primū peccatum Adæ traduci in nos, quod potest quoque plura dici peccata, ratione plurium deformitatū, vt sanctus AVGVSTINVS in Enchiridio cap. 45. clare docet. Atq; ideo dicit peccatum Adæ transfundi in nos, transfusione culpæ distincte ab ipso: quia Adæ cul

soluu

Aa iiij pa, licet

pa, licet sit vna numero, est tamen omnibus communis, & vnicuique nostrum propria, & idcirco indiuidualiter, seu ex parte subiecti altera, originis scilicet culpa, ab altera realiter distinguitur.

Insuper beatus ille pater **AVGVSTINVS**. Siue dicamus, ait, in quo Adam, siue in quo peccato (vt sæpiùs declarandi causa repetiuimus) sanum est: quia sicut ab illo homine vno, sic ab illo vno peccato immunes esse non possent. Et lib. 4. cap. 4. contra duas epistolas Pelagianorum sic habet: Aut enim in illo peccante peccauerunt omnes, quia generaliter omnium factum est, quod nascentes erant tracturi omnes. Et infra: Si enim propterea morimur, quia ille mortuus est, ille autem mortuus est, quia peccauit: sequitur nos ideo mori, quia in illo peccauimus, sicut per illum morimur: hoc enim manifeste docet **AVGVSTINVS**, quod nemo innocens, in quo nulla est culpa, sustinet pœnam, & iniusto iudicio paruulos innocentes puniri & mori, si in eis non sint merita mortis, hoc est culpa. Imprudenter ergo dicunt Pelagiani, pœnam transire sine culpa, et innocentes paruulos

uulos in iusto iudicio puniri, trahendo mortē sine meritis mortis: quod de vno solo mediatore Dei et hominum homine **CHRISTO IESV** catholica fides nouit, qui pro nobis mortem, hoc est peccati poenam, sine peccato subire dignatus est. Verūm, christiane lector, quum de peccatis loquimur de virgine matre (quam ab omni corruptione tum animę, tum corporis fuisse per Dei gratiam præuentam credimus) nullum volumus habere sermonem. Sed ad alios redeamus, de quibus idem diuus Aug. sic habet. Restat, inquit, vt in primo homine peccasse omnes intelligātur, quia in illo fuerunt omnes, quando ille peccauit: Vnde peccatum nascendo trahitur, quod nisi renascendo non soluitur. Idem hoc ipsum factis docet beatus Basilius, cūm dicit. Quia non ieiunauimus, exulamur a Paradiso. Similiter beatus Hieronymus super cap. 6. Osee. Ipsi autem, supple, posteri, sicut Adam transgressi sunt pactum: Ideo ibi, hoc est in paradiso, præuaricati sunt in me. Et beatus Bernardus in sermone de cœna Domini. Dixi vobis, inquit, sæpius, nec mente excidere debet, quoniam in casu primi hominis cecidimus omnes: Vnde

Obserua.

Vnde non solum inquinati, sed vulnerati & quassati sumus. Si ergo cum eo a gratia cecidimus, sicut folia vniuersi, dicente ESAIA cap. 64. sequitur nos quoque cum eo peccasse omnes. Præterea sanctus THOMAS, Peccatum, dicit, originale potiori modo fuit in Adam: ideo a semetipso, & quatenus fuit in nobis, differt: quia in illo habuit rationem actualis culpæ, quoniam illud propria sua voluntate admisit: in nobis autem non ita, non enim propria, sed interpretatiua voluntate fit: vnde illius dicimur voluntate admisisse illud. Insuper Caietanus ad Rom: cap. 5. hæc scripsit verba: Est hic, inquit, sermo de peccato Adæ, quod est simul actuale, & originale: hæc ille. At originale quidem dicitur, quatenus propagatur in nos ex lege diuina cum ipso Adam habita, vbi præceptum ipsi, posteritati que eius Deus imposuit, quod tum ipsum Adam, tum nos omnes & ad peccatum, et ad poenam peccati (Adam transgrediente Dei mandatū) obligauit. Ex quibus firmiter tenendum esse arbitramur, Christiane lector, peccatum originale nihil aliud esse in nobis, nisi quod vnum illud Adæ peccatum, tanquam causa efficiens, peccatores

peccatores constituit omnes, non imitatione, sed propagatiōe: quia quum nascimur in Adam illo, statim deprehendimur ex illo olim peccante fuisse in illo, & peccasse cum illo tanquam in causa. Quia verò concupiscentiam, cum qua nascimur, peccatū dicimus esse, hoc admonendum duximus, nomine concupiscentiæ nullo pacto posse intelligi ipsam vim concupiscibilem, qua naturaliter commoda corporis appetimus, & recusamus incommoda: Hæc enim & in CHRISTO, & in Adam adhuc innocente a Deo cōditore creato fuit. Sed nomine concupiscentiæ intelligitur affectus prauæ voluntatis, carens rectitudine iustitiæ debitæ inesse, siue vitiosus habitus, per quem fit, vt homo appetat voluptates & commoda, siue recuset incommoda, etiam aliter, quàm dicitur ratio. Exempli gratia: appetitus, quo quis appetit viuere, & recusat mortem, naturalis est: at si quis cupiat vitam suam seruare, etiam si lege DEI non liceat, id ex praua concupiscentia nascitur. Similiter appetitus voluptatis in generatione, vel cibo naturalis est, at appetitus voluptatis cum aliena vxore, vel cibi

Obserua.

Vis cōcupiscibilis ab ipsa cōcupiscentia in quo differt:

vide Tho. sententias B. Aug. et Anselmi cōciliantē

so. Hæc  
to. magis  
ib. dicitur  
cōciliantē

vel cibi lege vetiti, a voluntate malè affecta  
 prodit: appetitus quoque voluptatis ex cibo,  
 non vt ordinatus est a Deo ad salutem corpo-  
 ris, sed propter seipsum, concupiscentiæ prauæ  
 est. Quanquã igitur hæc cõcupiscentia res sit  
 ex Adæ peccato, et obiecto suo mala, ante bap-  
 tismum faciens nos iræ filios, et corã diuino iu-  
 dicio damnationi obnoxios: in renatis tamen;  
 & baptizatis nõ est peccatũ formaliter: Tran-  
 sit enim & remittitur per Baptismi sacramen-  
 tum eius reatus, id nempe, quo formaliter di-  
 cimus peccatores, sic tamen vt in nobis, id est,  
 in carne nostra relinquatur id quod materia-  
 le erat. Id ipsum ita clarè explicat diuus AV-  
 GVSTINVS, vt plane cœcus sit, qui aliter  
 ex eius scriptis iudicet: Adducit enim ad hãc  
 rem penitus introspectendam pulcherrimum  
 discrimen inter peccatum, quod origine trahi-  
 mus, & reliqua propriæ voluntatis peccata,  
 Quòd scilicet adulteriũ, & cætera id genus  
 peccata actu transeunt: momentanea enim est  
 temporis modici peccati actio. Cæterum ad-  
 misso peccato, manet eius reatus. In originali  
 verò peccato diuersum accidit: manet enim  
 actu, tantum id quod est materiale in baptiza-  
 to, sed

peccati or-  
 riginis et  
 actualis di-  
 scrimen.



to, sed reatu transit: Sic namque remittitur in Baptifino: non, vt non fit prauus ille appetitus concupifcentiæ, fed vt non dominetur, & in peccatum non imputetur.

**AVGVSTINVS** lib. 6. contra **I V L I A**. cap. 8. fic de hac re fententiam fuam profert: Ego de concupifcentia dixi, quæ eft in membris repugnans legi mentis, quàmuis eius reatus in omnium peccatorum remiffione transferit: Sicut econtrariò facrificium idolis factum, fi deinceps non fit, præterijt actu, fed manet reatu, nifi per indulgentiam remittatur. Tale enim aliquid eft facrificare idolis, vt opus ipfum, quum fit, prætereat, eodémque præterito reatus eius maneat venia refoluendus. Tale eft carnis concupifcētia, vt maneat in homine per modum inclinationis & inductionis contra rationem confligente, quàmuis eius reatus, qui fuerat generatione cōtractus, fit regeneratione transfactus: Actu enim manet, non quidem abftahendo, & illiciendo mentem, eiusque confenfu concipiendo & pariēdo peccatum, fed mala, quibus mens refiftat, defideria commouēdo, & cætera, quæ ibi latiùs lectoris diligentia

Bb

videre

videre poterit. Soluitur aut̄ reatus iste propter renouationem in mente inchoatā virtute baptismatis sacri (quāuis quēdā obscuritas in intellectu, & in volūtate pronitas ad malum remaneat) quemadmodum docet Apostolus: ablutos nempe esse & sanctificatos: iusti igitur sunt, qui non secundum carnem ambulant, & qui mente seruiunt legi Dei, quāquam carne seruiant legi peccati. Vnde Tridentina Synodus (cui me, & omnia mea submitto, & submissi semper) id ipsum definit, cuius verba, quia non passim extant, subijciemus. Si quis per IESV CHRISTI Domini nostri gratiam, quæ in baptisinate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non remitti totum id, intellige, quod verā & propriam peccati rationem habet: sed illud dicit tantum radi, aut non imputari, anathema sit: In recreatis enim nil odit Deus, quia nihil est damnationis ijs, qui sunt cum CHRISTO IESV consepulti. Et paulò post. Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur & sentit, quæ quum ad agonem relicta sit, nocere nō cōsentientibus, et viriliter per CHRI-

per CHRISTI IESU gratiam repugnanti-  
 bus non valet. Hactenus de peccato originali,  
 quædam opinando, nō autē asserendo sermo-  
 nem fecimus. Idcirco tempus est vt nunc pec-  
 nultimam nostri libri partem (quam in pro-  
 logo polliciti fumus) quàmuis eam maxi-  
 mo cum dolore & desiderio profe-  
 ctus Ecclesiæ aggrediamur, vt  
 tamen rixosis quibusdam  
 fatiffiat, subijciamus.

Bb ij

RESPON-

## RESPONSIO AD ARGVMENTO

*ta quæ plus, cæteris, difficilia visa sunt illis, qui in præceptoris sententiam iurarunt.*



Enimus nūc ad postremū huius libelli caput, in quo, sicuti polliciti sumus, pauca quædā, sed validiora, vt ipsi opinantur, aduersus sententiā nostrā argumēta subdemus: ne videamur illis, qui hisce maximè vtūtur, dissimulasse, quæ plus cæteris opinionē nostrā lædere posse videbātur. Ceterū vitare nō potuimus, propter oīum inter se argumētorū vicinitatē, ne quædā hīc nō dicamus, q̄ vidētur in superiorū obiectionum solutionibus explicata. Dabit ergo lector hac in parte nobis veniam, si totius fere Theologiæ p̄cipua capita cōpendiosè discussimus. Et si superiora repetere videar, nō tñ sunt penitus eadē, q̄ dicūtur vtrobiq; et eā hīc referre potest vtilitatē, vt vtraq; simul cōiūgens, et noua quædā in eadē materia addiscat, et alterū caput ex altero meliūs intelligat. Ideo quatuor argu. scholastico more postremo loco, cū solutiōibus adiectis proponimus.

*Primū  
argu-  
mentū.*

Obijciunt ergo primū nō triuiales quidem homines, sed admodum docti, & in sacris literis

cris literis versati ex capite octauo ad Romanos. Quos Deus prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit: Ergo quemadmodum non omnes homines sunt glorificati, ita nec sunt omnes prædestinati. Sunt igitur aliqui nullis præuisis meritis ab æterno reprobati. Quos enī nō prædestinauit Deus, eos reprobos esse existimes, necesse est.

Deinde, si hoc, inquit, est discriminis inter eos, qui glorificantur, & alios qui damnantur, quòd hi gratiæ Dei refragentur, & sequantur desideria carnis: Illi verò (quàmuis gratis & non sine Dei adiutorio) gratiam amplectantur, & vt non sit in ipsis vacua, seruent mandata: habent hi vnde gloriantur in operibus suis, atque alijs insultēt, quòd aut æqualia sibi fuerint, aut sufficientia cum ipsis a Deo dona collata, atque se quidem sic liberè dona illa amplexos esse, vt si voluissent, reijcere potuissent: alios verò recusasse, quod tenere poterant, quod sanè nihil aliud est illorum sententia, quā ea libero arbitrio tribuere, quæ sunt gratiæ: nā iustus ab iniusto diuina discernitur misericordia,

*Secūdū  
argum.*

Bb iij      Ad hæc

*Tertiū  
argu-  
mentū.*

Ad hæc tollere nos aiunt certum prædesti-  
natorum numerum, contra id quod in orati-  
one quadam docuit beatus GREGORIUS,  
quum dicimus: nullum ab æterno reprobatū  
hominem a Deo sine meritis, immo verò om-  
nes in vniuersum, in eo quòd ordine prius est,  
creatos, ordinatos esse, atque prædestinatos.

*Quar-  
tū argu-  
mentū.*

Postremò, illo argumento vrgent, quòd  
multi sunt vocati, pauci verò electi.

*Solutio  
4. argu-  
menti.*

Nos iã vt ei, quod postremò obijcitur, respõ-  
deamus primò, dicimus: Multos, id est, oēs  
tum Iudæos, tum Gētiles esse vocatos ad fidē,  
& ad perpetuam foelicitatem ordinatos, ac fu-  
isse saluos, nisi diuinæ gratiæ restitissent, pau-  
cos verò electos: nã eos electos vocat CHRI-  
STVS, quos immobiliter esse vitam æternã  
assequuturos, præsciuit: vel eos electos pronũ-  
ciat, quibus non solùm gratiam sufficientem,  
verùm etiam superabundantem, (vt de Bea-  
ta Maria, & de quibusdam alijs credimus) bo-  
nitas diuina cõfert, qua adiuti, ad salutem per  
bona opera perueniunt. Verùm mihi prima  
magis arridet solutio, vt ex historijs illis apud  
Matthæum

*Matt.  
22.*

*cap 20*

Matthæum perspicuè claret, In prima enim obseruatione dignum est, quàm pulchrè persona exprimat, benignissimi Dei Patris familias, qui nos gratis quærat, ociosos misericorditer excitet, murmurâtibus amicè respõdeat, breuiterq; nūquã a misericordia, priusquã deferatur, recedat. Cæterũ p̄dicitur multorum gentilium & Paucorũ Iudæorum salus, quàmuis hi omnes ac primi ad eternam foelicitatem vocati fuere: sed quia neglexerũt Dei dona, ideo Iudæi qui primi fuerunt vocati, postremi fiant, vt in psal. dicitur, Cõuertentur ad vesperã: quapropter dictum est, multos esse vocatos, paucos verò electos, seu perfectos, & in finem vsque perseuerantes. In secũda verò Historia, cum vidisset Rex eos, qui prius vocati erant, non tam noluisse venire, quàm indignos fuisse qui admitterentur ad nuptias, hoc est ad fidem & Sacramenta Ecclesiæ, Iubet seruos ad exitus viarum accedere, ac sine delectu inuitare omnes. Et ne quis existimet se, vbi primũ vocatus est ad fidẽ & gratiam CHRISTI, nõ habere quod amplius metuat, subiungitur in textu, inuentum fuisse quẽdam sine veste nuptiali, hoc est, sine

Bb iij chari-

charitate, idcirco proiectum in tenebras extremas. Non igitur solùm ex volũtate benignissimi Dei Patris, verũ etiam ab effectu præcognito cõcludit CHRISTVS omnium ad vitam vocationẽ, & paucorum salutẽ: nã & si omnes ad foelicitatẽ sunt vocati, quidã tamen aut non inueniunt eam: aut si inueniũt, suo vitio ac sponte amittunt: tenebras enim magis quã lucem dilexere.

*Ioan. 3.*

*Tertij  
argu-  
meti so-  
lutio.  
2. tim. 2*

Quamobrem affirmamus cum Apostolo, non esse ab æterno in eo quod ordine priũs est, definitum et certum a Deo electorum numerum constitutum, licet is quidem ex Diuina constitutione saluetur, qui in eo quod ordine posterius est, præscitus fuerit, & cognitus in æterna foelicitate locandus: quia oculus suæ æternitatis extenditur ad omne tempus: Ideo nouit Dominus qui sunt sui certò & definitè. Nam longè antea fuere præcogniti, qui omnino Dei sint & semper immobiles permanaturi. Argumentum enim quòd a Domino quisque cognitus sit iustus, est: nõ esse subuersũ volũtate, & ab iniquitate discessisse: Nã si Deus ipse quosdam vasa iræ creasset & fecisset,



cisset, quonam pacto possent huiusmodi seip-  
sos mundare, ac vasa honoris (etiam vocatio-  
ne & auxilio præuēti diuino) efficere? idcirco  
legēs Græcos authores omnes, quotquot ex-  
tant, quidam Ecclesiæ doctor: nempe GRE-  
GORIVS, Non dixit, certum numerum  
electorum à Deo constitutū: sed ei vt definitū  
& certum duntaxat esse cognitum, & ab eo  
in eo quod ordine posteriùs est (sicuti suprā  
diximus) infallibiliter ad gloriam (non quidē  
propter eorum opera, quāuis non sine illis, vt  
repetitum est sæpius) ordinatum eorundem,  
cognitis operibus. Insuper, nescirem profectò  
quid peius excogitari possit, quod magis stu-  
dio industriæ bene operandi, & piorum fidu-  
tiæ, officiat, quàm certo duntaxat numero, si-  
iam, non dico præscito, sed cōstituto, & diui-  
nitus definito, datū sit bene posse finaliter ope-  
rari: cū certissimum omnibus sit homini-  
bus, Deum voluisse conferre gratiam, quan-  
tum in ipso erat, atque omnia media ad eam  
assequendam donare illis, ac ideo CHRIS-  
TVS quosdam (vt diximus) electos voca-  
uit, quia finem eorum ex gratia & libero ar-  
bitrio bonū præsciuit: Reliquos verò omnes  
homines

homines vocatos tantum pronuntiat: quando-  
quidem eorum quoque postremum nouit di-  
em ex libero arbitrio malum. Ex quibus Chri-  
stiane lector, intellige omnem hominem esse  
ad foelicitatem aeternam diuina bonitate crea-  
tum, & sanguine CHRISTI, in quantum ip-  
sius erat redemptum, vt supra diximus. Prae-  
destinatio igitur seu libera diuinæ voluntatis  
electio eorum est, qui saluantur: scientia autem  
diuina est tantum causa, quare certa & defini-  
ta saluandorum enumeratio sit ab aeterno cog-  
nita. Insuper operæ pretium est repetere sem-  
per quod quicquid ordinatum est a Deo, eti-  
am ab eo praescitum est, sed non contrà, cum  
praesciuerit Deus mala & peccata futura, que  
tamen ipse non ordinat, imò odit: odit enim  
Deus iniquum & iniquitates eius. Et alibi,  
Odisti qui operantur iniquitatem. Et iniquos,  
& omnem viam iniquam odio habui.

*Psal. 5.  
psa. 118*

*Solui-  
tur secū  
dū argu-  
mentū.*

**Q**VOD verò colligitur de gloriatione  
ex proprijs operibus, prorsus negamus  
rectè ab illo antecedente inferri: vt enī in iustifi-  
catione peccatoris potestis, qui gratia Dei pre-  
uenitur, liberè ei aut acquiescere aut reluctari,  
sicuti con-

sicuti concilium Tridentinum docuit: atque hinc & si letari potest, non habet tamen, cum acquieuit, vnde gloriatur, quã tantum gloria- mur in nobis proprijs bonis, lætamur alienis nobis datis. Ob id igitur horum sententiã dãnans Paulus, ait: Quid aut habes, quod nõ accepisti? Fateri ergo operæ pretiũ est, hominibus bona Dei volũtate prouenire. Ait enĩ Iacobus: Omne donum optimũ, & bonũ perfectũ, de sursum est descendens a patre luminũ: Quare assentire gratiæ diuinæ, est etiam bonum præstantissimum, & id sine dubio proficiscitur a Patre luminum: ideo is qui assentitur, non habet vnde gloriatur, nisi in CHRISTO. Est enim vtrumque gratiæ Dei operantis opus, posse bonum, & velle perficere: idcirco docuit Paulus cum metu, & tremore nos debere nostrã operari salutem: At ne nos metueremus ad eam non posse nos pertingere (cũ certum sit id minimè solis nostris viribus fieri posse) subiungit: nos habere DEVM ducem & patronum, qui efficaciam toti operi præbeat, & voluntatem nostram ac opus sic formet, vt ne minima quidem operis portio liberi sit Arbitrij, quin et

gloriari et letari in quo differunt.

1. Cor. 4.

Iacob cap. 1.

mirabilis  
 nihil  
 est sup  
 dicitur

4. 10. 1

doct  
 2. 9. 2

Obserua.

quin & eadem principaliter sit gratia & Deo  
 adscribenda, cuius auxilio homo sua detesta-  
 tur peccata. Diximus enim sepius, quòd ho-  
 mo peccator prius, suo libero arbitrio, quàm  
 gratia Dei motus, illuminatus, & adiutus sit,  
 non potest peccata detestari sua, & ad Deum  
 se còuertere: illis tamen præmissis, & cooperã  
 tibus atque Dei suggerentibus dona, potest et  
 valet se ad Deum conuertere, hoc est, ad gra-  
 tiæ iustificantis susceptionem sufficienter libe-  
 re & absolutè se disponere: nō enim nobis in-  
 uitis illa contingunt. Qui namque hominem  
 creauit sine homine (vt **AVGVSTINVS**  
 ait tractatu. 74. super, 14. Io. cap.) non iustifi-  
 cabit hominem sine homine, hoc est sine libe-  
 ro hominis assensu: Similiter nec Angeli om-  
 nes in gratia creati habent, vnde gloriètur, cū  
 aliqui eorum liberè retinuerint gratiam, eãq;  
 alij amiserint, quã quidem retinere poterant.  
 Itaque **AVGVSTINVS** lib. 83, quæst. 68.  
 quæstione de inuitatis ad nuptias, ait: quòd  
 qui non venerunt, potuerunt venire: vnde si-  
 bi imputādum quòd non venerint, & qui ve-  
 nerunt, non sibi tribuere debent quòd vene-  
 runt, quia non nisi vocati venire potuerunt.

29. 11. 1

Posse-

Possemus & aliter non absurdè in hunc modũ respõdere. Agit quidẽ in cõuersione et iustificatiõẽ peccatoris suas partes liberũ arbitriũ, sed solũ amplectendo bona Dei, nõ resistẽdo spiritui diuino, ac permittendo se congregari sub alis Dñi. Sũt illæ quidẽ actiones, quãuis cõcurrat etiã Dñs, ex parte nostra nõ solũ spõtaneę, sed etiã liberę: quia in nobis est ab illis temperare, atque ideo proculdubio & nos aliquid agimus, quod illi non ponũt, qui hæc munera non minũs stultè, quàm impiè reijciunt, & meritò nos illis præferre possumus atque lætari: non habemus tamen unde propriè gloriemur, quia nulla est in quocunque bono, quãuis id ipsum recusare quis valeat, accipientis gloria: sed donantis, vel illud sua natura, industria, ac virtute possidẽtis: Hac quippe de causã et in quotidiana vitę cõsuetudinẽ reprehẽdere solemus eos, qui gloriãtur ob diuitias vel a parẽtibus relictas, vel casu inuẽtas, licèt i illis gaudere, atq; eas ipsas reijcere, si velit, nõ prohibeãtur. Sic victoriã extenuamus Imp. cui ea beneficio fortunę cõtigit, illã laudamus, q̃ tota consilio ac virtuti ipsius ducis debetur. Quia ergo nos nõ possumus

Cc      nostram

nostram, in tanta aduersus principes tenebrarum victoria, virtutem prædicare, necesse est, vt omnem gloriã nobis ademptã in Deũ trãferamus. Atq; ideo in nobis gloriari nos, Paulus vetat, nō, quòd nō sint nostra bona nobis ab illo liberalissimè donata: nō, quòd ad cōuiuiũ eius nō ire valeamus: sed ob id solũ, quòd impiũ sit, ea quæ ab alio accipimus, tantũ nobis tribuere, ac proinde prædicare, quasi nō accepissemus, quod propriè est gloriari. Demũ dicimus infidelem a fideli libero arbitrio discerni, fidelem autem ab infideli misericordia Dei discerni: initium enim perditionis nostrę, est in nostra potestate positũ: nostrę verò iustitiæ & salutis initium est à gratia Dei miserantis. Liberum igitur arbitrium gratia adiutum ab iniusto iustum, & sua prauitate iniustum a iusto discernit: nam liberum arbitriũ vt arbitriũ, est in intellectu: et vt volũtarium, inest voluntati procliui ad malum: secundum illud: homo ab adolescentia sua pronus vel procliuis est ad malum, atque ideo Propheta inquit: Perditio tua ex te est, salus autem tantũ ex me.

Postremò ad locũ Apostoli paucis respõdemus:

*Gene. 8*

*Osee. 13*

demus: germanū illius sensum a posteriori sumendum esse, non autē secundū ordinē, quo singula verba descripta sunt: hoc enim modo verba illa veniūt exponēda, quasi dixerit Apostolus: quos Deus glorificauit, eos & iustificauit: & quos iustificauit, hos & vocauit: quos autē vocauit, illos p̄destinauit, et quos p̄destinauit, illos quoq; p̄sciuit cōformes fieri imagini Filij Dei secūdū ipsius propositū, quo Deus ipse, in eo, intellige, quod ordine prius est, voluntatē habuit omnem creandi & ordinandi hominē ad vitam beatam. Igitur quos p̄sciuit, in eo, quod ordine posterius est, gratiam amplexuros diuinam, eos fore saluos intellexit, quos **CHRISTVS** frequenter electos vocat. Insuper & scopus Pauli est, vt homines doceret, non lege operum aut Philosophia, sicut Gentiles & Iudēi tunc Romæ agentibus (quibus **PAVLVS** scribebat) opinabantur: quod in tota hac epistola conabatur **APOSTOLVS** penitus destruere: sed gratia Diuina p̄destinari, illuminari, iustificari, & glorificari (licet gloriæ gradus nostris respondeant operibus) Nam hic propositum diuinum tantum p̄destina-

Quos frequenter electos vocat Christus.

Rom. 8

Cc ij destina-

destinationem, hoc est, creationem & ad gloriam ordinationem, secundum primam Dei creantis voluntatem respicit: quoniam, inquit Apostolus. Diligentibus Deum (quod est effectus gratiae & diuini propositi) omnia cooperantur in bonum, his, qui secundum propositum vocati sunt sancti, ut tum legis, tum naturae opera, tanquam huiusmodi vocationis meritoria, excluderet. Idcirco quos praesciuit (intellige scientia visionis) virtute et fauore primae gratiae et vocationis, conformes fieri imaginis filij Dei, eos immobiliter praedestinos habuit, hoc est, sine praedestinationis assequuturos intellexit: cum eos dona sua, quae sine poenitentia donat, non neglecturos ab aeterno praevideat: unde sic per gratiam suam, usque in finem direxit eos, ut tandem vitam assequerentur aeternam. Ex qua quidem expositione liquet: praedestinationem, in eo quod ordine prius est, nihil aliud esse, quam Deum velle gratiam, quam omnibus, in eo quod ordine prius est, conferre voluit, in illis conseruare, quos eadem gratia praeventos, praesciuit suam sequuturos voluntatem. Praeterea eodem modo nempe a posteriori, certum est, illud quoque accipiendum esse, quod ait Saluator:

Oues

explicatur  
authoris  
mens, qua  
omne me-  
ritum pre-  
destinatio-  
nis reſci-  
tur.



Oues meæ vocē meā audiunt: vt intelligamus **CHRISTVM**, eos qui audiunt vocem eius pro ouibus habere. Quas quidem oues nemo mortalium, è manibus eius eripiet: certum nāque est Deum nunquā passurum eas dē supra vires tētari suas, quin potiùs facturū in tentatione ipsa prouentū. Cui etiam affine est illud: Qui facit voluntatem patris mei, hic est meus frater, soror, & mater. Et **IOAN-** Cap. 15.  
**NES:** vos amici mei estis, si feceritis ea, quæ præcipio vobis, supple, salutem in sempiternū possidebitis: multaq; alia in scripturis passim occurrere, notius est, quàm vt probari pluribus debeat.

**S**Equamur igitur Dei inspirationes, ac mādāta eius seruemus, et vitā sine dubio assequemur æternam. Quod si vita æterna nihil est aliud, quàm purissimam illam lucem intueri, & cum ea ardentissima charitate copulari, requiritur sine dubio quædam inter illum, qui hac foelicitate fruitur, et ipsum Deum similitudo, in cuius contēplatione posita est foelicitas. Mens ergo sola quæ munda est & ab omni vitio (quatenus potest per humanā imbecillitatem fieri) libera, cum in ea diuinæ  
 Cc iij      reluceat

re luceat iustitiæ & sanctitatis imago, sola poterit mundissimã illã lucẽ intueri, ad quam nihil immũdum & coinquinatũ admittetur, quamq; solos mundos corde visuros esse veritas ipsa testatur. *Obserua.* Quicũque ergo hãc spẽ habẽt in Domino, se ipsos mundos, castosque faciunt, sicut ille mundus est, vt beatam illam accipiãt mysteriorum Dei cognitionem: qui autem adhuc ducũtur a vitijs, pro certo persuasum habeant, non posse fieri vllõ modo, vt aliquis simul sit & scientia Dei præditus, & illecebris et blãdimẽtis corporis deditus: Qualis enim est sermo, talis etiam & vita: & qualis vita, talis est scientia: & qualis scientia, talis est finis: & qualis denique est finis, tale est diuinum iudicium, vnicuique tribuens secundum opera sua, Sedulo igitur opera dãda est, vt à peccatis per pœnitentiam surgamus ad gratiam: *Ioan. 9* Oportet enim, vt inquit **CHRISTVS**, me operari, donec dies est: sic & nos ad eius exemplũ, dũ hodie nominatur, oportet opera lucis exercere, veniet enim nox quãdõ nemo potest operari: quoniam (vt inquit **SAPIENS**) si ceciderit lignũ, siue in austrũ, siue in aquilonem, ibi erit. Et **MATTHÆVS**, vi-

*ecclesiastes. II*

VS: vigilate, & orate, ne intretis in tentationē.  
 Et IACOBVS: orate pro inuicem, vt salue *Cap. i.*  
 mini, quoniam Deus optimus maximus vult  
 omnes homines saluos fieri, & in agnitionem  
 veritatis venire, quę etiam omnem hominem *Ioan. i.*  
 venientem in hunc mundum, illuminat. Pro-  
 inde, vt aliquando finem imponamus huic li-  
 bello, o Patres optimi & verbi diuini coadiu-  
 tores (ad vos enim orationem meam conuer-  
 to, quos posuit Deus regere ecclesiam, quam  
 sanguine suo acquisiuit) hoc solum restat, ne  
 diutiùs sub simulata religionis specie, vel sub  
 adumbrata quadam scripturę non satis intel-  
 lectę reuelatione, pernicioſa aliqua doctrina,  
 veluti noxius anguis in herba virenti delite-  
 ſcat, curare, vt ſi quam maiorem lucem, hoc  
 eſt verioreſ doctrinam in hac materia Deus  
 hiſce vel aliorum ſcriptis Eccleſię ſuę oſten-  
 dere dignatur, eam docti, abiectis alijs opini-  
 onibus tueantur: indocti, et ſacras literas negli-  
 gentes, a doctis auditam diligenter excutiāt,  
 ac doctrina ſana deinceps inſtituti veritati ſi-  
 ne hæſitatiōe aſſentiātur. Abiēs enim CHRI-  
 STVS, ſponſę ſuę Eccleſię clauēs ſcientię  
 reliquit, quę quotidie pulſantibus filijs, ſecre-  
 ta Dei

Cc iiij      ta Dei

ta Dei per intellectum referans aperit, a canibus autem, sancta: & a porcis, margaritas, ne coinquentur, prorsus remouet. Quęcūque enim, ait **APOSTOLVS**, scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturam sp̄e habeamus: omnis namque doctrina diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Date igitur sedulò operam, amplissimi Patres, & eruditissimi viri, vt vestro studio ineffabilia opera, & mysteria diuina sic populo, curę vestrę commisso, manifestentur, vt ea capere possint omnes, ac perfici in **CHRISTO** seruatorē nostro:

*Prou. 5* Labia enim iustorū sciunt excelsa. Sed quorsum tantum affligitur anima mea: spero enim futurum tempus, quo veniet filius hominis per spiritū suū & illuminabit vos oēs: Spiritus enim vbi vult spirat, ego autem vt arbitrator, meo sum functus officio, vt̄ cum **PROPHETA REGIO** dicam: Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia magna, Non in sublimitate sermonis, aut sapiētię, nec aliud quān

CHRI-

CHRISTVM volui, nec iudicaui me scire. Ideo nō in p̄suasorijs humanæ sapientiæ verbis hæc scripsi vobis, sed in ostēsiōne Spiritus & virtutis (vt gratia diuina in sublimi ponetur loco, iustitia Dei commendaretur, liberū hominis seruaretur arbitrium, & mens reficeretur humana) Dei testimonium mūdo proposui. Per Spiritum enim Dei, vt spero & cōfido, hæc omnia etiam diuina sum scrutatus, quæ annunciaui & loquutus sum in hoc perexiguo libello, etenim si quæ recta, vtilia, & salutaria scripsi, a Deo profecta sunt, a quo omne bonum: si vero quid minū appositè dixerim, id ex infirmitatibus peccato cōtractis primo natū est, quod mihi condonatuos facile spero pro vestra humanitate et religionis integritate. Idcirco multiplicandi sunt, vt etiā spero, super numerum, qui hanc nudā, de æterna Dei prædestinatione audient & amplectētur veritatē: Ecce labia mea nō prohibebo, Domine tu scisti. Iustitiā tuā nō abscondi in corde meo, veritatē tuā, & salutare tuum liberè dixi: ac erunt vt complacēt eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectū tuo semper. Domine adiutor meus, et redēptor meus

humi-

Scopus  
authoris

humiliter precor, ne longè facias miserationes tuas a me, nam misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me, cùm non hominum facies respexerim, non Regum potentiam, timuerim, non præceptoris sententiam, veritate amissa, sim sequutus, sed tuam domine bonitatem & voluntatem, qua omnem ad salutem creasti hominem, eique summi boni desiderium induisti (signatum est enim lumen vultus tui super nos Domine) & tuam iustitiam, quæ cunctis secundum meritorum mensuras tribuit, vt testatur sacra scriptura et vniuersalis Ecclesia sancta, cui me, omniaque mea submitto semper. Libera igitur me benigne omnium Pater a viro iniquo, et a lingua dolosa, ac labia mea aperies, vt misericordiam ac iustitiam tuam liberè, & absque metu, dum vita mihi suppetet, annunciem.

**FINIS.**

INDEX SENTENTIARVM  
 QUÆ IN HOC OPERE  
 CONTINEN-  
 TVR.

A



*D*AM in gratia creatus fuit, atque cum eadem fuissent creati omnes, si ipse, vt potuit, non peccasset. Pagina 43

*A*dam, qui potuit non peccare, non mori, & non deserere Deum, voluit Deus in salute illa conseruare, in qua conditus erat, si ipse voluisset. 44

*A*dam non habuit non posse mori, non posse peccare, et non posse deserere Deum. 44

*A*dam vel Angelus cupiēs plus extra se, minus factus est in se. 157

*A*dam habuit fidem de Christi incarnatione, in quantum ordinabatur ad gloriæ consummationem: Thomæ sententia. 187

*A*ngeli omnes fuerunt in gratia creati. 43

*A*ngeli & Adam non habuerunt donum perseuerantiæ, non quia Deus non dedit, sed quia non acceperunt. 44

*A*ngelorum nemo sine meritis est reprobatus. 43

*A*qua licet absolutè possit coquere, & oculus videre, & liberum arbitrium velle bonum, nunquam tamen, illa non adiuta ab igne coquit, & iste absque lumine medio & obiecto proportionato videbit, atque liberum arbitrium, absq̃ gratia bonum meritorium operabitur. 80

*A*ugustinus eos qui vni tantum sententiæ firmiter adherent, sicut eos qui iurant in præceptoris sententiã, reprehendit. 109

*A*uthor quid à lectoribus exigat? 2

*A*uthor rogat lectores, vt prius integrum legant librum, quã sententiam

# INDEX

<i>tentiam proferant suam.</i>	15
<i>Author docet se non esse destitutum ad hanc prouinciam necessarijs, nec temere prædestinationis materiam suscepisse tractandam.</i>	141
<i>Author affectatum sermonem, durum &amp; implicatum, atque prolixitatem omnem conatus est fugere.</i>	164
<i>Author maluit verum &amp; intelligibile, quàm obscurum &amp; eleganter scribere.</i>	164
<i>Author non hominum facies, non Regum potentias, non præceptoris sententiam, veritate dimissa, veritus est.</i>	306
<i>Authoris tutior, quàm superiorum de prædestinatione sententia.</i>	1
<i>Authoris sententia eiusque confirmatio.</i>	7
<i>Authoris excusatio, quare aduersus eos, qui hæctenus scripserunt de prædestinatione, quædam dixit &amp; liberè.</i>	105
<i>Authoris sententia confirmatur ex dictis B. Augustini re: etè intellectis a B. Fulgentio.</i>	150
<i>Authoris mens fuit, non quidem verbo, sed re ipsa adiuuare lectorem.</i>	163
<i>Authoris mentem præcipuam fuisse, aduersus somniatores, &amp; Pelagianorum sectatores scribere, hinc colligimus.</i>	208
<i>Authoritas scripturarum debet esse omnibus firmissima.</i>	4
<i>Authoritas Patrum, quibus ostenditur, quo pacto reprobatio est, ex meritorum præuisione.</i>	26

## B

<b>B</b> aptismi necessitatem ad salutem negant, quidam a somno experrecti, ut Pelagij imitatores, aduersus Christi doctrinam.	208
<i>Benignitas est virtus, qua quis omnium utilitati expositus est,</i>	14

Capita



# INDEX

## C

- C**apita disputationis breuiter, atque ordine proposita. 3
- Causa rerum est propriè & principaliter voluntas, licèt scientia, & potentia aliquo modo concurrant. 33
- Causa, cur Author de hac re scripserit, redditur. 53
- Certitudo gratiæ ex fide nemini mortalium citra specialem Dei reuelationem inest. 36
- Certitudo spei futuræ beatitudinis, cui libet Christiano sine speciali reuelatione inesse potest. 37
- Christi custodia nemo perit, sed quisque propria sui ipsius voluntate. 233
- Christiani hominis est, pro viribus fucum, & incommoda, quæ alij, licèt præter intentionem, sibi ipsis, & alijs scribendo fecerunt, tollere. 140
- Christus absolutè suo sanguine satis fecit pro omnibus, quãuis necesse sit eius meritum nobis applicari per fidem & sacramenta. 43
- Christus est mediator Dei, & omnium hominum, quia vult vniuersaliter omnium salutem. 55
- Christus licèt in persona solùm ad Iudæos sit missus, gentes quoque voluit saluas facere: vnde soluitur argumentum aduersus liberum arbitrium. 192
- Christus licet medici personam induerit, vt peccatum sanaret, adhuc tamen (etiã si nullum peccatum fuisset) vt glorificator, & electorum caput venisset in carnem. 199
- Christus multa bona nos docuit, vt inobedientes filios Patri reconciliaret. 234
- Christus vt omniũ redemptor quare naturæ tum diuinæ, tum humanæ particeps esse voluit? 55
- Christus omnibus hominibus apparuit, vt omnes possent saluari. 233
- Dd      Christus

# INDEX

<i>Christus quæ exigit a nobis?</i>	94
<i>Christus, quantum in ipso est, voluit omnes homines sua passione à peccatis redimere, unde dicitur mūdi seruator: Augustini sententia.</i>	35
<i>Christus quod vni ad salutem pertinens dixit, omnibus dictum esse putes.</i>	46
<i>Christus venit saluum facere totum quod perierat, &amp; non partem.</i>	118
<i>Christus venit, vt omnes à peccato originali liberaret, Leonis Papæ sententia.</i>	198
<i>Christus effectuum, quos operabatur, causam sæpe docuit.</i>	266
<i>Cognoscit Deus ab aeterno contingentia &amp; in causis, &amp; in seipsis.</i>	34
<i>Concilij Tridentini sententia de Peccato originali, docet concupiscentiam, nullam habentem peccati rationem, post Baptisma remanere.</i>	265
<i>Concilij Tridentini determinatio, de gratia inherente.</i>	180
<i>Conciliorum Mileuitani, Aransicani, &amp; Tridentini determinatio de Baptismatis ad salutem necessitate.</i>	210
<i>Contingens vt futurum est, præscitur, &amp; non aliter.</i>	33
<i>Contingens futurum non est propriè causa cognitionis diuinæ, sed impropriè, &amp; sine qua non.</i>	35
<i>Concupiscibilis vis in quo differt à concupiscentia?</i>	283
<i>Cornelius Centurio non viribus naturæ, sed peculiari auxilio diuino præuentus, preces &amp; orationes fudit Domino acceptas, atque gratis fidem, et gratiam iustificantem accepit.</i>	185
<i>Credere in CHRISTVM, &amp; pati pro CHRISTO sunt dona Dei.</i>	100

Deo author

# INDEX

## D

- D**EO authore vel impulsore nemo fit deterior. 21  
 Deo auxiliante vincimus, ergo eo iterum non auxiliante  
 ante vincemur. 82  
 Deo sic fuisse curæ salutem nostram, vt sui non oblitus, gloria  
 suam primo loco habeat, deinde cætera honorificentissime collocavit. 235  
 Deum creare hominem aut angelum in gratia, et absque culpa præuisa  
 velle eum reprobare implicat. 28  
 Deum nullum sine meritis reprobasse hominem scripturis  
 & rationibus probatur. 43  
 Deum quosdam creasse homines, vt haberet quos puniret,  
 impium iudicatur. 54  
 Deus paratus est nos, si modò velimus, ab omnibus defendere  
 hostibus. 2  
 Deus sola bonitate adductus seipsum communicat. 8  
 Deus sua bonitate creaturam omnem, quantum in ipso est,  
 ad propriam perfectionem perducere vult. 8  
 Deus liberum creando hominem aut angelum, peccare permittit,  
 quod neque reprobatio, neque reprobationis species est. 11  
 Deus non potest vas iræ, ex parte qua vas iræ est, creare. 16  
 Deus reprobat & punit, faciens alienum opus, suum opus. 29  
 Deus omnium Pater, natura sua clemens, & misericors est. 30  
 Deus, quantum in ipso est, absolute voluit omnes homines  
 saluos fieri: Christostomi sententia. 40  
 Deus venit vt saluaret peccatores omnes. 41  
 Deus positiuè vult ea, quæ præcipit nos positiuè velle. 52  
 Deus vt pius pater nos sustinet, & ad pœnitentiam expectat,  
 sicut Patres filiorum peccata ferunt. 54

D ij      Deus

# INDEX.

<i>Deus omnium nostrum iniquitatem in CHRISTO posuit.</i>	55
<i>Deus propter suam bonitatem creare voluit hominem beatitudinis capacem.</i>	61
<i>Deus omnia ad salutem necessaria dedit hominibus.</i>	74
<i>Deus mittit in omnem terram imbrem &amp; niuem, inspirationes internas &amp; externas, quae vacuae ad ipsum Deum non reuertuntur.</i>	76
<i>Deus non est author male voluntatis</i>	78
<i>Deus sua misericordia miseretur, &amp; sua iustitia indurat &amp; damnat.</i>	79
<i>Deus potius obedientiam, quam audientiam commendat.</i>	93
<i>Deus Israelitas docet se fecisse, quantum in ipso erat, ut saluarentur omnes.</i>	105
<i>Deus omnibus hominibus parat media, quibus quisque posset saluari, beati Thomae sententia.</i>	115
<i>Deus omnes adultos adiuuat, ut posset quisque ad fidem, gratiam, &amp; salutem peruenire.</i>	149
<i>Deus quare magis utatur misericordia in vno, quam in alio, nullo modo assignatur ratio.</i>	149
<i>Deus nec impellit, nec adiuuat homines ut peccent.</i>	151
<i>Deus nullum hominem destinavit ad malam voluntatem, sed ad debitam poenam</i>	159
<i>Deus illius rei tantum est ultor, cuius ipse non est author.</i>	159
<i>Deus gratis praeprarat bona opera diligentibus veritatem, &amp; iuste eadem non praeprarat eam odientibus.</i>	160
<i>Deus merito peccati destinavit hominem puniendum.</i>	162
<i>Deus quare creavit Pharaonem, cuius opera impia fore intellexit, ac pro illis destinavit eum ad aeternum supplicium.</i>	170
<i>Deus neminem excludit a regno, non animaduersis eius malis operibus</i>	lis opere

# INDEX

<i>lis operibus.</i>	172
<i>Deus nihil punit cuius ipse est prorsus author.</i>	172
<i>Deus non vult mortem peccatoris, sed supplicij, si nolit in Deum conuerti, &amp; viuere.</i>	175
<i>Deus de Israelitorum ingratitude, &amp; contumacia quaeritur, quia suas expandit manus, &amp; contradicentes inuenit illos semper.</i>	176
<i>Deus quomodo operatur in nobis velle &amp; perficere</i>	177
<i>Deus, &amp; si homines desunt, Angelorum ministerio subuenit omnibus adultis vt possint conuerti in Deum &amp; credere.</i>	186
<i>Deus gratiam dispositis confert, sed non propter dispositionem.</i>	190
<i>Deus licet iure optimo omnes potuisset in massa corrupta peccato Adæ relinquere &amp; damnare, sua tamen misericordia, vt omnes, quantum in ipso est, saluos faceret venit.</i>	197
<i>Deus alio, minimoque negotio potuit mundum liberare à peccatis: sed quia iustus quoque est, commodissimè suum misit filium, vt pœnam peccati sine peccato subiret.</i>	198
<i>Deus licet pueros sine baptisate mori permittat, eosque iuste damnet, nunquam tamen ordinauit, vt moriantur sine baptisate.</i>	200
<i>Deus non frustra de cælo respexit super filios hominum, sed vt videre, si est intelligens aut requirens Deum.</i>	202
<i>Deus vult omnes homines saluos fieri, multis &amp; pugnantiis bus exponitur modis, contra Dei bonitatem, quæ quantum in se est, vult omnes homines saluos fieri.</i>	213
<i>Deus cuius vult miseretur, &amp; quem vult obdurat: sed miseretur bonum tribuens, obdurat digna retribuens Augustini sententia.</i>	227

Dd iij      Deus quid

# INDEX

<i>Deus quid requirit a nobis, &amp; quam utilitatem in conuer- sione nostra habet?</i>	231
<i>Deus pius pater in laboribus quàm plurimis positos, ad se venire inuitat.</i>	232
<i>Deus quid exigit ab homine?</i>	234
<i>Digressio utilis aduersus quosdam nimium curiosos, quæ- rentes Deum accusare, vt possint licitè in delitijs huius mundi viuere.</i>	240
<i>Digressio lepidissima, qua pulchritudo varietatis rerum describitur.</i>	259
<i>Dilectio hominis, tanto maior, minorue est sui ipsius, quan- tò maiorem minoremue dilectionem suo exhibet creatori.</i>	158
<i>Diligentibus Deum, bona quàm plurima promittuntur.</i>	161

## E

<b>E</b> cclesia veritatis columna.	4
<b>E</b> cclesia non præcipiente, impium est passim dogmata constituere, vt alicuius authoris defendatur authoritas.	5
<i>Ecclesia pro omnium liberatione, qui sub peccati iugo sunt, rogat: quia Christus natus est pro omnium salute.</i>	197
<i>Ecclesiæ constitutiones sunt penitus amplectendæ.</i>	4
<i>Ecclesiæ catholicæ in hac prædestinationis materia, deter- minationem, ex animo desiderat Author.</i>	145
<i>Epilogus operis.</i>	236
<i>Exemplum quo probatur Christum liberasse mundum ab- solutè licèt dederit legem.</i>	147
<i>Explicatio diligens. 9. capitis ad Rom.</i>	14

## F

<b>F</b> ide non alia, nisi quæ nunc est, salui facti, futuriq; sunt omnes ab exordio mundi vsque ad finem, Augustini sententiæ.	189
	Fide

# INDEX

<i>Fide sola humana, nos posse credere Euāgelio, dixere quidā a somno experrecti, &amp; Pelagianorum sectatores.</i>	208
<i>Fidelem ab infideli, liberum arbitrium, gratia adiutum, et sua prauitate infidelem à fidele discernit.</i>	298
<i>Fides Christi implicita sufficit ad remissionem peccati originalis consequendam per gratiam.</i>	186
<i>Fides implicita, vtrum ad salutem consequendam sufficiat, sicut ad remissionem peccati, &amp; iustitiæ consequutionem dubitatur.</i>	186
<i>Fides explicita omni tempore fuit aliquo modo ad salutem necessaria, Thomæ sententia.</i>	187
<i>Flagitia, quæ sequuntur, cur hîc sint apposta, non minùs honesta, quàm necessaria datur ratio.</i>	238
<i>Flagitia quorundam Regum.</i>	241
<i>Flagitia quorundam clericorum.</i>	244
<i>Flagitia hæreticorum.</i>	244
<i>Flagitia quorundam monachorum &amp; fratrum.</i>	246
<i>Flagitia quarundam monialium</i>	246
<i>Flagitia quorundam Iurisperitorum.</i>	247
<i>Flagitia quorundam Medicorum.</i>	249
<i>Flagitia quorundam Astrologorum.</i>	251
<i>Flagitia quorundam campforum, venditorum, et emptorū.</i>	254
<i>Flagitia quorundam vulgariū hominum.</i>	254
<i>Flagitia quarundam nostri temporis mulierum.</i>	255
<i>Flagitiorum horum causa &amp; medicina.</i>	255
<i>Fratrum Authoris tacita descriptio.</i>	261

## G

<b>G</b> ratia Christi in quo superabundat delictum Adæ?	67
<b>G</b> ratia, quæ iustis datur, vt perseuerent in ea, potest reijci, sicut omnis gratia, quæ iustificantem gratiam præcedit.	72

Dd iij

Gratia,

# INDEX

<i>Gratia, qua potest fieri in Deum conuersio, nec æqualis, nec omnibus &amp; nec semper datur adultis.</i>	72
<i>Gratia confirmat, &amp; roborat liberum arbitrium.</i>	89
<i>Gratia seu iustitia inherente, quæ infunditur per spiritum sanctum in cordibus nostris, formaliter iustificamur.</i>	178
<i>Gratia quæ dat posse, si alia est ab ea, quæ dat facere: queritur, vtrum faciens homo, quantum in se est, cum illa gratia, quæ dat posse, obtinebit gratiam, quæ dat facere?</i>	182
<i>Gratia quare quibusdam solum datur, vt possint velle bonum, &amp; credere si velint, quibusdam vero abundanter vt &amp; bonum velint &amp; credant?</i>	182
<i>Gratiæ solius Dei est, facere vt hominem delectet, &amp; ei innotescat id, quod aut latebat, aut non delectabat.</i>	72
<i>Gratiæ, gradus, vnde inæqualiter omnibus dantur?</i>	184
<i>Gratis prædestinamur, adiuuamur &amp; iustificamur.</i>	100

## H

<b>H</b> <i>Ebræos hortatur Paulus, vt sanctimoniam sequantur, quia in omnium redemptionem Christus mortuus est.</i>	56
<i>Homines cum ad beatitudinem ordinati, &amp; creati omnes sint, quare alter saluatur, alter condemnatur.</i>	10
<i>Homines sunt creati ad gloriam Esaiæ testimonio.</i>	44
<i>Homines non adiuuari a Deo, in ipsis causam esse, docet beatus Fulgentius.</i>	151
<i>Homini bus omnibus in vniuersum per fidem &amp; sacramenta datum est posse scribi &amp; numerari in libro vitæ.</i>	97
<i>Hominum Euangelium audientium, quare vnus credit, alius illud reijcit?</i>	181
<i>Homo auxilio diuino p̄uentus bonū eligere absolute potest.</i>	57
<i>Homo ille prædicatur beatus, qui potuit transgredi, &amp; non est transgressus.</i>	63
	Homo



# INDEX

<i>Homo propter peccatum meritò deseritur a Deo.</i>	71
<i>Homo propter peccata fortè sic à Deo deseritur, ut nulla re linquatur illi via, qua ad priorem innocentiam redeat.</i>	76
<i>Homo non est ex se solo sufficiens ad bene operandum, sed per Dei gratiam.</i>	90
<i>Hominis est, trahentem patrem ad Christum, sequi, aut re- linquere.</i>	91
<i>Homines exterioribus operibus non sunt certò iudicandi.</i>	265
<i>Homo in bonis operibus quid habet?</i>	91
<i>Homo discens &amp; intelligens verbum Domini audit illud, sed non contrà.</i>	92
<i>Homo verbum Dei audiens, si non intelligit, grauiùs puni- tur eo, qui non audierit.</i>	93
<i>Homo omnis quando docetur à Deo?</i>	95
<i>Homo neque ad Deum accedit, neque ab eo recedit inuitus, licèt ad Christum accedere, &amp; ab eo non recedere sit Dei donum.</i>	150
<i>Homo credit quia vult, licet solius naturæ viribus, nec bo- num meritorium velle, nec credere possit.</i>	181
<i>Homo qua via vadit ad Christum, &amp; a Christo ad patrè?</i>	233
<i>Hortationes punishmentes, &amp; doctrinæ vanæ sunt, si obtem- perandi facultas tantùm pendet ab electione Dei.</i>	104
<i>Hortatur Paulus nos potiùs ad pœnitentiam, quàm ad fidu- ciam parentum, aut nationum.</i>	101

## I

<b>I</b> <i>Iacob dilexi, Esau odio habui, quomodo interpretati sunt Patres?</i>	26
<i>Iacob dilexi, Esau odio habui, qualis literalis sensus.</i>	22
<i>Ignorare aliquid non imputatur ad culpam, sed quod negli- git quis quærere, quod ignorat: similiter contemnere volẽ- tem sanare imputatur ad culpam: Augustini testimonio.</i>	67
<i>Impius</i>	

# INDEX.

<i>Impius pane, quo vescitur, indignus.</i>	17
<i>Indurare quid est propriè apud Paulum Romanorum nono.</i>	20
<i>Indurare præsupponit culpam actualem.</i>	19
<i>Induratio culpæ indiuidua comes.</i>	18
<i>Induratio propter diuturnam impœnitentiam Pharaoni accidit.</i>	19
<i>Infantes absque baptisinate morientes, quare non baptizantur, &amp; iustè damnantur?</i>	100
<i>Infantes infidelium, quare eos ministri Dei cupientes baptizare parentibus inuitis non debent.</i>	206
<i>Infantum mors sine baptismo morientium, quibus tanquam authoribus est adscribenda?</i>	205
<i>Infideles vnde non possunt meritò se excusare, quia non credunt, ex Augustini sententia.</i>	226
<i>Infideles quum non credunt, faciunt contra Dei bonitatem, vnde infidelitas peccatum est.</i>	226
<i>Infidelis iure optimo pœna sensus punitur, qui contempserit ad credendum misericordiam Dei Augustini sententia.</i>	227
<i>Infidelitas homini, non Deo est adscribenda.</i>	54
<i>Infidelitas non credentium non ad constitutionem Dei, sed vt præuisa ad præscientiã Dei referenda est, quæ necessitatem non credendi minimè tulit.</i>	153
<i>Initium bonæ voluntatis, progressus operis, &amp; finis retributionis Deo sunt tribuenda.</i>	155
<i>Initium peccati est solius hominis.</i>	157
<i>Intentio scribentium qualis esse debeat.</i>	163
<i>Ira Dei non potest dici, nisi vbi hominis iniquitas præcessit.</i>	154
<i>Iudeis non recipientibus Euangelium, Apostoli conuertuntur ad Gentiles, quia apud Deum non est Iudæus neque Græcus.</i>	193
<i>Iurare in verba Magistris quantum noceat, attende.</i>	2
<i>Iurare in omnem alicuius sententiam, impium est, cum sit soli Ecclesiæ</i>	

# INDEX

<i>li Ecclesiae catholicae id tribuendum, cui parendum in omnibus semper est.</i>	143
<i>Iusti Domino agant gratias semper.</i>	79
<i>Iustificari sola gratia, solo merito Christi, sola fide, solo libero arbitrio, &amp; solis operibus, atque solis sacramentis, quomodo sit catholicè intelligendum.</i>	84
<i>Iustificationis laus, quàmuis liberum in ea concurrat arbitrium, tota est Deo tribuenda.</i>	70
<i>Iustificationis impij brevis tractatus.</i>	82
<i>Iustissima lege puniuntur peccatores.</i>	80
<i>Iustissimè statutum est beneficiorum ingratos non admitti ad regnum, atque in sempiternum puniri.</i>	9
<i>Iustitia Dei misericordia temperatur.</i>	16
<i>Iustitia ut punitiva, est bona, supposita culpa, sicuti medicina supposito morbo.</i>	132
<i>Iustitia punitiva ex suppositione est virtus, ut verecundia &amp; poenitentia sunt virtutes, dato scilicet errore, aut delicto.</i>	132
<i>Iustitia Dei non meditatur inferre poenam ante peccatum.</i>	50
<i>Iustitiae punitivae relucetiam sine meritorum praevisione esse reprobationis causam dixere quidam, quod perdoctè ostenditur falsum.</i>	131
<i>Iustum non est, potiùs homines, quàm Deum audire.</i>	2

## L

<b>L</b> <i>Ege aut naturali ratione, gratia Dei absente, nemo melior efficitur quo ad Deum.</i>	232
<i>Liberi arbitrij definitio.</i>	58
<i>Liberi arbitrij definitio facultatis Louaniensis sacrae Theologiae.</i>	64
<i>Liberi</i>	

# INDEX

<i>Liberi arbitrij est præbere assensum gratiæ excitanti ad pœnitentiam.</i>	74
<i>Liberi arbitrij esse nolle audire Dominum vocantem, &amp; quod ipse vult homo, non eligit, docet Esaias.</i>	103
<i>Liberi arbitrij est facere cùm facimus, licèt Dei sit facere vt faciamus, quia ipsius est auferre cor lapideum, &amp; dare carneum.</i>	177
<i>Liberio arbitrio nomine &amp; re manente penitus tollitur inconsiderata quorundam de reprobatione sententia.</i>	58
<i>Liberio arbitrio quid possimus, sacrae docent scripturæ.</i>	59
<i>Liberio arbitrio homo potest suæ vitæ periodum diuinitus constitutam attingere, atque ab eo potest deficere, licèt eã non valeat prætergredi.</i>	61
<i>Liberio arbitrio diuinam inspirationem &amp; acceptare, et se qui posse, docet Tridentina Synodus.</i>	62
<i>Liberio arbitrio hominem recusare vtilitatem, &amp; differre salutem, Clemens Alexandrinus asseruit.</i>	62
<i>Liberum arbitrium post lapsum remansit vulneratum.</i>	65
<i>Liberum arbitrium magis confirmatur, quàm impeditur à gratia.</i>	89
<i>Liberum arbitrium a sexta opinione re ipsa destruitur, licèt nomine, mente, &amp; voluntate quidam illius authores penitus negent: nam reliqui ex eadem sine vllis ambagibus arbitrij libertatem auferunt.</i>	138

## M

<b>M</b> <i>Andatorum obseruatio quare omnibus præcipitur?</i>	57
<i>Meritum congrui quale &amp; quomodò saluis scripturis sacris concedi potest?</i>	190
<i>Misericordia Dei in pari causa aliquando non est par.</i>	18
<i>Misericordia Dei maximè in scripturis &amp; super omnia commendatur.</i>	8

Mors

# INDEX I

Mors quando & per quid regnare cœpit in mundo? 272  
 Mundus perfectior esset, si modo abesset peccatum, morbus  
 & interitus, Augustini sententia. 133

## N

**N** Abuchodonosor conuersionis & Pharaonis indura-  
 tionis causa. 232  
 Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit illum, quomo-  
 do sit intelligendum? 91

## O

**O** dientibus Deum seueritas & iudicium promittitur. 161  
 Odium in capite. 9. ad Romanos quid proprie signi-  
 ficet? 21. & 23  
 Opera Pharaonis, ipsius reprobationis causa fuere. 31  
 Opera hominum nec gratiam nec prædestinationem merentur. 46  
 Opera pœnitentiæ licet regulariter ante gratiam iustifican-  
 tem requirantur, eam tamen non merentur. 48  
 Opera hominis bona præcedere gratiam quare dixerunt Pe-  
 lagiani? 68  
 Opera pœnitentiæ licet gratiã iustificantem præcedãt, sunt  
 tamen effectus gratiæ. 69  
 Opera bona Domino grata sequuntur fidem, & non cõtra. 100  
 Operum omnium Dei, præter misericordiam et iustitiam, pe-  
 culiaris notitia in hac mortali vita non potest haberi. 268  
 Opus meritorum quomodo potest esse solũ virtualiter à gra-  
 tia. inhabitante, absque diuino particulari auxilio. 228  
 Orare in Ecclesia Dei pro omnibus hominibus iussit Pau-  
 lus, quia Deus vult illis omnibus salutem. 51  
 Orauit ne Christus migraturus ad cœlum solum pro Apo-  
 stolis? 198  
 Ordo Prædestinationis & iustificationis idem. 51

Ee Passio

# INDEX

## P

- P**assio Christi quare quibusdam proffit, alijs verò non? 148
- Passiones huius mūdi, quam similitudinem habent cū beatitudine, quum differant inter se sicut finitum & infinitum? 174
- Patres aduersus Pelagium disputantes aliquando videntur Manichæis fauere, et aduersus Manichæos Pelagio: ideo eorum sententiæ non reijciuntur, sed dum declarantur, commendantur. 144
- Patrum sententiæ super illis verbis, Iacob dilexi & c. quomodo sint intelligendæ? 31
- Pauli scopus Rom. 9. est arrogantiam Iudæorum & Gentilium reprimere. 23
- Paulus Rom. 9. non ita ex proposito agit de reprobatione, sicut de prædestinatione. 23
- Paulus docet Gentiles & Iudæos omnia bona euenire illis per Dei gratiam. 24
- Peccandi consuetudo quæ mala infert? 79
- Peccare in Adam quid est? 171
- Peccati initium est inordinatarum rerum inordinata dilectio. 160
- Peccati originalis breuis disputatio. 268
- Peccati originalis error Pelagianorum. 277
- Peccati originalis & actualis discrimen. 248
- Peccato actuali & originali quæ pœna constituitur? 201
- Peccato Adæ immunis fuit Mater Domini. 281
- Peccator si in peccato relinqueretur impunitus, videretur quodammodo Deo placere peccatum. 159
- Peccator merito perdidit vitam, si mortem cauere noluit. 175
- Peccator omnis, siue qui ignorat, siue qui nouit, inexcusabilis est. 208

Peccato:

# INDEX.

<i>Peccatores præscitos esse, pœnam autem paratam docet Augustinus.</i>	28
<i>Peccatores non Deum accusent, sed seipsos.</i>	79
<i>Peccatores qua lege iure optimo puniuntur.</i>	80
<i>Peccatores quare merentur in suis peccatis relinqui?</i>	158
<i>Peccatum Adæ quomodo ad posteros descendit?</i>	277
<i>Peccatum Adæ quomodo transfunditur &amp; propagatur in nos.</i>	278
<i>Peccatum originale vnde dictum?</i>	282
<i>Peccatum Adæ nos maculauit omnes.</i>	275
<i>Peccatum Adæ quare nostrum est &amp; dicitur?</i>	273
<i>Peccatum originale nec prius nec posterius quàm actuale peccatum, est ab æterno cognitum.</i>	27
<i>Peccatum est initium &amp; causa quare deseratur homo a Deo.</i>	71
<i>Peccatum seu malum culpæ ex Deo non est, quia in Deo non est.</i>	146
<i>Pelagiani necessitatem peculiaris gratiæ, dum actu operamur meritorie per gratiam, negant, error.</i>	63
<i>Pelagianorum argumentum de operibus proponitur &amp; soluitur.</i>	173
<i>Pharao induratur propter culpam actualem.</i>	19
<i>Pharaonis induratio, &amp; Nabuchodonosor pœnitentia vnde proueniat docet Augustinus.</i>	72
<i>Pœnitentia maxima est oris confessio, teste Chrysostomo.</i>	231
<i>Prædestinare in eo quod est ordine prius, est creare &amp; ordinare homines ad gloriam, quam assequerentur omnes, si parerent iussis.</i>	14
<i>Prædestinare Deum ad interitum supplicij propter peccatum docet Augustinus, vt beato Fulgentio placet: quod idem est, quod ex meritis reprobare.</i>	135. 156

Ee ij

Præde:

# I N D E X.

- Prædestinati, hoc est creati ad gloriam et ad eam ordinati, non saluantur omnes: Ideo Petrus hortatur omnes, ut vocationem ad fidem, & electionem ad vitam æternam certam faciamus.* 195
- Prædestinatio & Reprobatio quid?* 14
- Prædestinatio, qua vult Deus omnes homines saluos fieri, non potest conditionalis dici, licet hominum exigat liberum assensum.* 45
- Prædestinatio Petri a prædestinatione Iudæ, quo pacto differat?* 47
- Prædestinatio licet immobilis dicatur, nullam tamen habet propriè causam.* 48
- Prædestinatio ex meritis, ut prima opinio docet reijcitur.* 109
- Prædestinatio quorundam absoluta, & reliquorum conditionalis, ut tertia asserit opinio, explicatur, & reijcitur.* 115
- Prædestinatio & Reprobatio supponens massam corruptam, sicut quarta opinio docet, multis authoritatibus & rationibus ostenditur falsa.* 118
- Prædestinatio sine meritis, & Reprobatio ex meritis in eodem ordine, seu naturæ signo, ut asserit quinta opinio, quare reijcitur.* 135
- Prædestinatio & Reprobatio sine meritis, quæ asseritur in 6. opinione, quàm plurimis authoritatibus & rationibus scripturarum & Patrum reijcitur, quantum ad secundam partem.* 130
- Prædestinatio & Reprobatio secundum authoris sententiã, consona est scripturis sacris, & solatur omnes, et docet bene de diuina bonitate sentire, de gratia, de iustitia Dei, de libero hominis arbitrio.* 144
- Prædesti-*



# INDEX

- Prædestinatio Dei semper in bono est, aut enim ad retri-  
butionem iustitiæ, aut ad donationem gratiæ perti-  
net. 153
- Prædestinatio in eo quod ordine posterius est, nihil aliud  
est, quàm Deū velle gratiã, quã conferre voluit omnibus  
in eo quod ordine prius est, in illis cōseruare, quos eadem  
gratia præuentos præsciuit suam sequuturos voluntatem,  
ac ideo immobilis dicta. 300
- Prædestinationem summè arduam, summa conueniebat con-  
cordia tractari ab omnibus. 1
- Prædestinationem ex operibus, & Reprobationem sine il-  
lis docentes, errant. 174
- Prædestinationis & Reprobationis variæ, contrariæq; sen-  
tentiæ vnde profectæ? 1
- Prædestinationis, & Reprobationis apertum discrimen, ex  
parte quidem Dei. 12 & 13
- Prædestinationis exacta intelligentia, sine notitia scientiæ  
Dei, gratiæ, operum, liberi arbitrij, fidei Christi, peccati  
originalis, iustificationis impij, & certitudinis gratiæ nõ  
potest haberi. 14
- Prædestinationis & Reprobationis idem est iudicium. 50
- Prædestinationis & Reprobationis quæ sit causa finalis. 32
- Prædestinationis & Reprobationis sex sententiæ, quum in-  
ter se ex diametro pugnent, facile reijciuntur. 143
- Prædestinationis definitio, ex authoris sententia. 145
- Prædestinatos Coloßenses & Theßalonicenses quare vo-  
cat Paulus, quum non omnes saluentur? 35:56
- Prædestinatos etiã in secundo signo naturæ, esse ex meritis,  
sicut secunda opinio dicere videtur, exponitur & reij-  
citur. 112
- Præscientia peccatorum est causa sine qua non cognoscere-  
tur aliquis ab æterno reprobus. 32

Ee iij      Præscientia

# INDEX.

- Præscientia Dei nec fallitur, nec necessitatem imponit, licet præscitum scientia quidem practica, non possit aliter esse, quàm sit præscitum.* 33
- Præscientia humanæ iniquitatis sicut non est culpanda, ita destinatio iustissimæ ultionis laudanda est.* 162
- Præscientiam Dei & prædestinationem idem esse ex Augustini sententia dixerunt Galli, falso ipsi beato Augustino imponentes.* 182
- Præscientiam Dei, qui in nullo ab ipsius prædestinatione discernunt, quod tribuendum est Deo de bono, hoc etiam ei de malis conantur adscribere.* 153
- Præscire Deum Angelorum & hominum opera ordine prius, quàm intelligat Angelos & homines ea velle: error.* 169
- Præscit Deus, sed non constituit ea, quæ defectum habent, licet omnia sapienter ordinet in bonum.* 154
- Præscit Deus ab æterno infallibiliter futura contingentia, vel in se ipsis vel in causis suis, absque eorum necessitate.* 169
- Præscitum contingens ab æterno scientia visionis, si ordine prius, quàm volunt illud homines aut Angeli præsciatur, necessitatem illis imponere arbitratur author.* 169
- Prius posteriusve ordine, idem esse, quod primum secundum: ñe signum nature apud Scholasticos.* 31
- Prosper & Fulgentius Augustinum defendunt aduersus Gallos, qui Augustino imponebant quòd dixisset: Deum prædestinare, & ad pœnam & ad peccatum, atque instituisse, vt quidam crederent, alij verò non.* 148

## R

- R** *Edditur ratio honestissima, qua extimulantur homines ad bene beatæque viuendum.* 256
- Reges & Principes meritò hortatur Author ad iustitiam, & ad iniurias & contumelias subditorum repellendas.* 243
- Reprobare*

# INDEX

- Reprobare ad debitum supplicium est præparare pœnas propter impia opera.* 14  
*Reprobatio seu prædestinatio ad interitum supplicij, est præparatio malorum pœnae, quas Deus reddet perditis, Fulgentij sententia.* 128  
*Reprobatio sine meritis, quare doctorum & imperitorum hominum mentes fatigat, perturbat, & ad desperationem prouocat, atque Deum personarum exceptorem instituat?* 135  
*Reprobatio absque iusto iudicio operum, iterum per doctèrationibus & patrum authoribus refutatur.* 225  
*Reprobationem sine meritis, etiam negatiuè reprehendit Prosper.* 101  
*Reprobationis causa meritoria est diuinæ vocationis contemptus.* 54  
*Reprobationis, reiectionis, desertionis, & indurationis causa est peccatum.* 129  
*Reprobationis definitio.* 147  
*Reprobationis causa peculiaris & indiuidua non potest modo assignari.* 149  
*Reprobatos sine meritis posse saluari potentia quidem imaginaria seu logica dicunt quidam, solum vt suum defendant doctorem & malè.* 139  
*Responso perdocta quatuor argumentorum, quæ plus cæteris visa sunt illis, qui in præceptoris sententiam iuraverunt.* 288

## S

- Salus plurimum Gentilium, quàm Iudeorum vnde colligitur.* 291  
*Scientia Dei speculatiua quæ, & quomodò per eam cognoscit Deus?* 166

Ee iiij      Scientia

# INDEX.

<i>Scientia Dei practica quæ, &amp; quomodo per eam cognoscit Deus?</i>	168
<i>Scientia Dei practica seu visionis est ordine posterior velle diuino et humano.</i>	168
<i>Scientia Dei speculatiua seu simplicis intelligentiæ ordine præcedit velle diuinum &amp; humanum.</i>	168
<i>Scientia Dei vices alterationis ignorat, licet contingentia mutabilitati natura sua subiaceant.</i>	171
<i>Scientia Dei nec fallitur nec variabilis est.</i>	184
<i>Scientiæ Dei speculatiuæ &amp; practicæ cognitio, est summo pere utilis &amp; ad salutem necessaria.</i>	165:172
<i>Scire quomodo potest Deus, quæ non scit &amp; non scire quæ scit, Thomas &amp; Durandus docent.</i>	171
<i>Scire Dei, quo præscitur Socrates puniendus, est voluntate puniendi ordine posterior.</i>	172
<i>Scripturæ quæ initium iustificationis nobis tribuere videntur quomodo sunt intelligendæ.</i>	70:230
<i>Scripturarum diligens examinatio multum confert.</i>	1

## T

<b>T</b> <i>Ota series scripturæ, non singula per se partes sunt considerandæ.</i>	1
<i>Tradere in reprobum sensum, quid est apud Paulum, ex sententia Augustini?</i>	77
<i>Trahi à patre quid est?</i>	91
<i>Tres scrupuli, qui possunt iniici ex. 9. capite ad Romanos, soluuntur.</i>	15

*Varietas*

# INDEX

## V

- V**arietas rerum omnium, pulchritudinem vniuersi potiùs efficit, quàm deturbat. 259
- Varietas omnimoda rerum sapientiam artificis summpere commendat. 260
- Vasa iræ, quæ Deus præsciuit ab eterno, quare creauit? 18
- Vasa contumeliæ fiunt a Deo propter peccatum, Augustini sententia. 27.28
- Vasa misericordiæ gratia Dei fiunt semper. 28
- Vasa iræ & iniquitatis quæ sustinuit Deus, apud Paulum ad Romanos nono, quomodo sit intelligendū docetur. 15. 17. 136
- Vasa iræ & misericordiæ iure optimo homines pronunciantur, 155
- Vasa iræ quomodo possunt effici vasa honoris. 292
- Verbum Dei si fructum non adfert, fit hominis culpa. 94
- Veritas Euangelica simplex atque vnius modi est. 1
- Veritas & vitium, seu Christus & peccatum, ad quid bonum illa, & quæ mala istud causat in homine? 234
- Vita æterna quare gratia dicitur? 98
- Voluntas nec cogitur, nec necessitatur, licet id quod vult, quàm diu vult, non possit non velle. 63
- Voluntas quæ natura sua libera est, licet ex æquo vtrumque oppositorum intueatur, bonum tamen nec vult, nec efficit sine Deo. 80
- Voluntas diuinitus adiuta, potest operari bonum, At si sola relinqueretur, succumberet, vt sentit Augustinus. 96
- Voluntatem

# INDEX

- Voluntatem diuinam perpetuò paratam ad bene faciendum  
ex sua conditione, lex & ratio dicunt.* §
- Voluntatis diuinæ effectuum sæpenumerò causam nobis  
Christus manifestauit.* 207
- Vtilis disputatio de prædestinatione.* pag. prima.

FINIS INDICIS.

LOVANI.

Ex officina Antonij Maria Bergagne, Typo-  
graphi Iurati, in die Cinerum. Anno  
M.D.LIII.

Erratā, quæ in relegendo cursim  
deprehendimus.

IN TEXTV.

Pagina	Linea	Sic legitur.	Sic legendum.
8	5	ipsaque	ipsumque
16	9	conuicemus	conuincemus
44	23	accipit	accepit
124	4	nos	non
138	5	excluses	exclusos
180	ulti	conuertatur	conuertat
183	4	surrexerint	surgerent
293	12	eorundem	impiorum

IN EPISTOLA

4	12	es	es
6	29	fferentis	fferentis

IN MARGINE.

4	notatur	nontantur
15	ultimo	penultimo
131	in reprobationis	reprobationis
173	quod quo	quod.







Post longissimam in expe  
rientiam et gravissima  
damna et inmoda

sapienter decerni

no lu

In omnibus prudenter te geras

Presup Sapientum

n. l. — — — — —  
n. P. — — — — —  
nullu. cu istis consue. con  
merita hre

rausissime Videre opera  
~~ma. equale benefa. nisi~~  
qn. contra obligat et xpina  
Charitas snim ingratisime  
et tm' sibi ipsis

caus. dicunt. de xpo di antur de pona  
ar non no nde na. pr ples

et sic deficiat eis in corporibus rationibus et ad  
 restaurandum pauperum. Oportet ergo  
 ut per multiplicetur et aliter minuatur  
 quod unum calorem auget naturam et fortiat.  
 aliter uero frigat. **A**cetosa cadunt sub  
 aliant atque refrigerant. sic in malignis  
 acetosis uidentur. et pomus acinus aceto  
 sis et salibus. **S**al et acetositas ipsi est bona.  
**S**alsa dissoluit balneum calefacit.  
 idque actio sine inuameto et nocuente  
 acutus sine uicane huiusmodi non excedunt  
 sicut acute. quia propter actio sine in  
 mundificatione et in certorum locorum ueteris  
 emolliore leuiores et epatores sine acu  
 tis. quod magis ex uicantate caloris et  
 pamento sui et omnis aliter in idcirco cum  
 oblongo et aceto mundificatione et  
 laudabilior quia qui adduntur cum oleo  
 et aceto. quod oblongo multum uiuat in  
 aliant humores. **O**mnis uero non solum dissoluit  
 uerum et uiscositatem et unctuositatem sua  
 uirtute dissoluit debilitat. **S**uba  
 lia in passionibus uelociter sunt ad obedi  
 dum naturam actio. et digestionem et in san  
 guine mutatis uelocitate. sic in mar  
 chis acipites malua huiusmodi sanguis que  
 grauit subcillium et aquosus illan  
 dabilis. et ideo puillim uirtutem et uelociter  
 dissoluit a mibus et par fortiant. **V**n  
 G. Omnia balnea cibaria par uirtutem et a  
 to a mibus dissoluitur. idque frequenter  
 sua uirtute debilitat. **O**mnis tam arbitra  
 ri sine quod in cibis balneis sine in suis actio.  
 quod latius qui grauit gillus ab his balneis  
 atur et in male arbitran sunt. **S**i non omnia  
 aquosa gillus sanguine balneis et actio  
 nibus sine sine subalia. tunc ex necessitate  
 grossum sanguine gignetur. uocabuntur actio  
 ue subcillium. **S**anguis non grauit in ue  
 nis uirtute subcillium et aquosus igrossatur  
 et ad tepamentum reducitur. quod si sine ciba  
 ria gilla et subcillium in suis passionibus una  
 actione facit. **H**anc autem arbitran multorum  
 dissipantia erit. quod non actio uide inuenio  
 est potest quod cum natura sine. oportet ut dicta gross

la cibaria est modum diuidi. **A**ut non gilla  
 sunt in suis actio. et tunc non grossum san  
 guine grauit. **A**ut grossa in passionibus  
 a quibus non laudabilis grauit sanguis. **A**ut  
 gilla in suis subcillium et ab eis graui  
 tas. **Q**ue non grossa sine in suis actio  
 et non grossus ab eis grauit sanguis.  
 ue sine cuplas. **A**ut non fida et non gra  
 tua caloris naturalis repugnata digendi  
 sic papau. tuum. cillium et filia aut po  
 tica humilitates aliter deficiat et actio  
 nali inobediencia et edocencia sicut pal  
 mar flores. dactili non mar et filia. a  
 unctiosa abis in natura quibus mixta  
 et eos igrossantia digem sine phibe  
 tia sine pinguedo et filia. **G**rossorum  
 in passionibus sine duo sine modum. a non du  
 ra et sine. et ad digendum tarda sine mihu et  
 filia. a uiscosa et nali actio obedire g  
 uia. sicut pams a zmm. lacteres porcel  
 li et agnelli pulces non petrosi sine  
 olura in conchis habitantia. **P**etrosa  
 petrosa hinc sine sturiones. h. non ciba  
 ria propter uiscositatem et gilliam sine ad di  
 gendum dura. h. tunc si natura pualeat et  
 perfecte digant in suo. et epate cibaria  
 laudabilia sunt. et tarde a mibus dis  
 soluenda excitantibus optima. et lams  
 uiscibus salubra. altius tunc uel horibus  
 et uiscosa nali defecta et accentat habe  
 aliter hi cibaria quod sine uitanda. non a.  
 si sepe comedat ineta sum quod inuicem  
 ce et poru epas opilentur. ista non loca  
 nali sine steta. h. eade grauit aliqui in re  
 mibus gilla et uiscosum huore. **S**i a ren  
 nam nali inuenit calida. calefacit  
 et deficiant et in lapidem utunt sicut  
 calore estiu sol huiusmodi et deficcant in di.  
**S**i a inuicem sine opilate diarie pu  
 lanarie sunt ca. et aliter sine c fecer  
 ligat descende et non ad ep inuenit. **S**i  
 poru epas sine opilat grauitate ipi  
 lareis et epas grauit. et aliqui et ip  
 sis cibariis erudi huores coadunant  
 in his locis quod non certi sum non put fieri

iuste est in perditione per  
 dimissos qui propria cecidit  
 te  
 vo. fo. 15. 9.



UCLA MSC. 1yR 212

100

100 41

100

100

Biblioteca de Santa Cruz

lyR 212

CONCORDIA  
CORPORATION